IOACHIMI VADIANI HELVETII MYTHICVM SYNTAGMA, CVI TITVLVS GALLVS PVGNANS.

Res tota in disceptatione posita est. Accusant Gallinæ, patrono Philonico. Galli se tutātur propugnante Euthymo. Capi Semimares, decreti Arbitri pronunciant, litēq; sedant partibus conciliatis, Nomothete interprete.

EIVSDEM AD LECTOREM, Allegoricū.

Ad uada se sistit Vulgus, refugitq; profundum,
Anchora & in tenui littore fixa iacet.
At fluctus pius Aeneas. Ithacensis Vlysses
Experti, & Minya Thessala turba Duce.
CAsus inest ausis, quæ, si meliora sequentur,
Aeternæ uirtus præmia laudis habet.
Si negat, & fato Sors inquinat orsa maligno,
Hoc saltem laus est, non timuisse necem.

A

REVERENDO PATRI.D.IOANNI PVTSCHIO Viennæ Pannoniæ Cathedralis ecclesiæ, Præposito dignissimo, & Gymnasii uniuersalis Cãcellario meritissimo. Ioachimus Vadianus Heluetius. S.D.

CVM nuꝑ Budam, obseruãdissime pater, Ego & Gæorgiꝰ Collimitius Mathematicus & Medicus, inferioris Pãnoniæ metropolim/celerrimo itinere ꝑducti attigissemꝰ, præter alia cõpluria, quæ inibi maxima cum uoluptate sumus expiscati, aĩaduerti etiã priscã illã inter Gallos certaminis palestram: statiuis in singulos ãnos feriis/multo spectatoꝝ desyderio solitam exerceri, Quã / qa adeo celebrẽ maioribus fuisse/antea me & Plinius, & Aelianus docuerãt, quoꝝ alter Pergami oĩbus annis Galloꝝ spectaculũ ceu gladiatoriũ, editum, Alter Athenis post Themistoclis de Persis obtentã uictoriã, quotannis institutũ fuisse asserit, Quædã me quasi scabies / ludẽdi quicquã in eam rem/stilo remissiore, horisq; saltẽ secũdariis, corripuit, Idq; ut ꝓsequerer, me est hortatus/ humanissimus/ nec ꝓtritæ eruditiõis uir, Vlricus Tobriacher, q tũ ludo lr̃ario præfectus nos & hũaniter & eleganter nõ semel excepit. cuius efflagitatiõibus audatior factꝰ fœturã subita festinatiõe conceptã, subito etiã partu, nec ꝑ præscriptos mẽses ematurato, fere ĩuitus edidi: nescius adhuc fœturã, an abortũ potius dixerim, locũ certe & sudoris et anxietatis nõ nullius, qđ in oĩ partu euenire solet, per q̃ consciũ, Quẽ tibi iustissimis ĩducti causis offerre nõ dubitauimꝰ, nõ qdẽ/ut uel latinitatẽ uel rem ĩpsam tãti fecerimꝰ/ut tuo aspectu digna iudicata fuerint, uerum potius/qꝛ erga nos semꝑ prõus magis/q̃ condus extitisti imparisq; & ĩgenii & fortunæ hoĩem, q̃ ardẽtissime ꝓsecutus es, nec lr̃as & eaꝝ studiosos amasti minus, quos in hunc usq;

diem, plus q̃ credi posse uideat̃/ foues & amplecteris. Leges tu quidẽ, Gallinarum multa ægro animo ferentiũ, insolentiã eã, quæ fere, flatili mulierũ naturæ adpropinquat, Tum Gallorum uirilẽ & excussã maturis consiliis causisq; defensionẽ. Postremo uero Caporũ Semimariũ Arbitriũ, qui, ut eos generis natura hortabat̃: pacis gratia, & cõiugalis amoris præstãtia ppensa, partibus inductis fœdus cõciliant. Oĩaq; hæc per Patronos sedulos & studiosos, a me Vindemialibus feriis, ĩgenii exercitãdi gratia, ut in animum uenere cõscripta. Quod si ea quãtulacũq;, dignitati tuæ minus respõsura uidebũtur, perpẽdes obsecro, Clientis gratitudinẽ, qui interim, dum maiora afficit, minoribus suam in tua amplissima beneficia memoriã testatã esse uoluit: Neq; hæc quidẽ accipies/quasi pro Perca (ut aiunt) Scorpiũ dederim, nõ enim in hoc dolo tam malo bene grati uersamur, sed ut magna me aliquãdo, aut saltẽ his maiora daturũ confidas, Quanq̃ te, & hæc ceu magna accepturum subolfacio, cum & sentẽtiis passim ceu gẽmulis aspsa sint, & historiarum annotamẽtis rerũq; ad Phisicã, ptinentiũ ceterasq; artes, suis in locis insignita corollis, & earundẽ autoribus ad marginẽ locatis, Id tamẽ tua præstabit beneuolẽtia & singularis mãsuetudo, ne quibus acri nimiũ in tuos cẽsura prouehi uidearis. Ego uero, Pater obseruãdissime, ne Ollas ostentare (ut aiunt) quis me dicat, si mea nimium extollã, & tibi & tui similibus liberam arbitrii, iudiciiq; indulgeo immunitatem, Satis superq; uel in hoc quieturus / si Vadiani tui hoc syntagmate quasi somnio auspicante bonam rem, promptitudinem, & sedulitatem agnosces. Vale ex Collegio Principis Viennæ Pannoniæ, Idibus Decembris. ANNO. M. D. XIII.

THOMAE VELOCIANI POETAE A CAESA. LAVREATI, & cathædræ Viennensis Canonici, in Vadiani sui Syntagma.

Bellaces si forte uelis dignoscere Gallos,
Si Gallinarum iurgia compta placent.
Mystica doctiloquæ uideas spectacula pugnæ,
Ducta sub ingenio mi Vadiane tuo.

M. SEBASTIANVS BVNDERLIVS, IN VADIANI SVI DOCtissimi- Gallum.

Qua nitido terras conscendit lumine Titan,
Pronus, quaq; iterum præcipitatur aquis.
Ille canet Gallus, pulchro certamine uictor-
Transibit laudes nec Vadiane tuas.
Quando prius tremulam potuit uix edere uocem-
Te duce nunc Cygni dulcius ore sonat.

NICOLAI GERBELII PHORCENSIS: in Vadiani Syntagma.

Bella gerunt Ranę, vario discrimine mures
Obsistunt, passim Martia turba ruit.
Nuper ab elato quot vulnera nomina verbo
Pertulerint, nosti docte Poeta satis.
Scilicet hęc terras animosa licentia vexat
Illa malos tollit, deprimit illa bonos.
Sed quis non Gallos potius, niueasq; sorores
Atq; harum natas Oua rotunda ꝓbet?
Muribus infandis, Ranisq; loquacibus, illos
Quis non pręponat? qui satur esse velit?

BERNHARDI OTTONIS STVDTGARdini Octosticon.

Quum nimis exagitat subiectos dira potestas
Quum negat inferior debita ferre iuga.
Inuida tum magno consurgit vtrinq; tumultu
Lis: tum iusticię quęritur auxilium.

Hoc Gallinarum certamine constat iniquo,
Aduersus Gallos quod statuere suos.
Hanc igitur Phrygio condignam Autore fabellam
Accipe, Nam multum crede iuuabit opus.

IOANNES ABHAVSER VINDELICVS GALLVS DE SE.

Gallus ego alituum Rex idem prescius omnis
Aerios casus: militiaqꝫ potens.
Turbor ab imbelli Gallinarum grege, quasqꝫ
Imperio decuit subdere colla meo.
Et neutro sexu dignus Capo, iudicis ausus
Tentat, & in sacro verba referre foro.
Ast ego crediderim mortales sepe periclis
Fœmineo turpi ducier arbitrio.
Eunuchos itidem, quos ius & fama notauit
In dubios casus verba superba loqui.
Dumqꝫ suos fastus & inania verba recensent
Obijciunt predę seqꝫ suosqꝫ simul.
Sic mihi cum lites nati vxoresqꝫ reportant,
Rem iudcatam soluimus exitio.

AMBROSII ZILAGII, REVERENDISS. CARDINALIS Strigoniensis, & Cōstantinopolitāi Patriarchæ, Nepotis, Ad Ioachimum Vadianum Preceptorē Vnice dilectū, Decastichon.

Iuppiter ante sui Diti fastigia regni
Reddet, Tęnareas & reget ipse Domos.
Phœbus & occasu sudantes ante Caballos
Retrahet in duplicem sole manente diem.
Ante Calydonio uenient a littore gemmæ
Quas niger Eois colligit Indus aquis.
Inqꝫ vicem albentis mittet Gangetica Glessi
Terra globos, illuc q̄ Cynosura nitet.
Qꝫ tua de hoc facili decedat fama libello
Preceptor, patrię lausqꝫ decusqꝫ tuę.

PHILIPPI GVNDELII BOII: AD LECTOREM EPIgrāma.

Accipe rixantes Lepido certamine Gallos:
  Nec sperne egregium Lector amice iocum.
Nam licet Heroæ placeant grauia ora Thaliæ,
  Attamen hæc inter Charta iocosa iuuat.
Dulychias naueis, Phrygijsq; incendia belli
  Non tam q̄ Ranæ discimus arma trucis.
Scilicet est aliquid, quod in his confertq; placetq;
  Et quod non pudeat tollere frugis habent.
Deniq; conciliet nouitas, qua Gallus & vxor
  Bella, Capo causam discutiente, gerunt.

CHRISTOPHORI CRASSI GALLENSIS IN VADIANI preceptoris Syntagma.

Docta dedit cunctis natura animalibus iram,
  Vt proprijs abigant damna aliena bonis.
Vis tamen est trepidi nimium propensa furoris,
  Et vicij multum creber abusus habet.
Ira tamen tātum nec obest, quantum inuda cæci
  Consilij rabies. Hoc tibi testis opus.
Quo iustis titulis petulans Gallina reclamat,
  inq; suum torquet, tela inimica decus.

LVDOVICI RESTIONIS VORDINGANI, OCTOSticon.

Qualia non vnq̄ (nec enim pax vlla per orbem
  Vsq̄ est) si forsan bella uidere cupis.
Quę neq; Sulphureis flammis, trucibusue Boardis,
  Nec bouis horribili conficiuntur ope.
Sed quę non segni Gallus nil territus ore,
  Non bene cum sponsa conueniente, gerit.
Quę discernit auis neq; mas neq; fœmina, doctos
  Cerne iocos noster quos Vadianus agit.

VLRICVS LENER A PEDIBVS VADIANI

Ficta iuuant, & uera nocent, discrimine, bella,
  Vera parant damnum, ficta sequetur honos.

IOACHIMI VADIA. HELVETII SYNTAGmatis, cui titulus. Gallus pugnans. Initium.

SENARII IAMBICI.

PRAECO LOQVITVR.

Nouus Poeta rebus excitus nouis,
Compegit arte non poetica iocum,
Vt plus uel inde gratiæ conquireret.
Versu soluto nec polito maxime
Incedit auditu iucunda fabula,
Quod diligens auditor aure intelliget.
Linguis fauete prorsus, atq; attendite,
Gallina Gallum (quis putarit omnium?)
Liuoris œstro concitata postulat:
Silete prorsus & labella stringite,
Prorsus silete, Præco sum, hoc me muneris
Iussum decet, Nec pœnitebit id moræ
Vos, ut puto, raris tribuisse lusibus.
At nunc adest, qui rem docebit pauculis,
Summamq; perstringet nouatæ Fabulæ:
Attendite obsecro, & factum cognoscite.)

PROLOGIVM ARGVMENTVM continẽs: Philolaus loquitur.

ADVERti sæpe: Spectatores optumi, paruis initiis maxĩa inter mortales dissidia exoriri solere: Et latentẽ inuidiã uehemẽtissimis irarũ flaminis erũpere. Nec id solũ nostro in genere q rõnalis creaturæ gradũ occupamus. Id enĩ minus esset mirũ, hoc presertĩ tẽpore/quo omnes omibus in locis dissentiunt, Verum & in Brutis quæ a ratione aliena, solo naturæ instinctu pergere credũtur, Proh bõi dii, quid inuidia potest? quãtũ secũ periculi honores trahũt? Galli & Gallinæ litigãt Hæ inuident, Illi qꝛ annui uictores sunt lacessũtur, VIDEO uos nutare Spectatores & negare fidem nouæ rei, Quam tñ ut credatis, obsecro animo auribusq; arrecti/paucis accipite. POST quã Gallinæ, quotquot in hac nostra prouĩcia sunt, audẽtes Gallos, celebribus ludis, ãnuoq; Gymnasio depugnare, & uictorem Regẽ instituí, intellexerũt, Inuidia magna, quæ Crescentis semper gloriæ comes est, succensæ atq; exagitatæ qꝛ domi negligi, & ĩgloriæ degere sibi uiderent, Pumiles nũcias per omnia passim Gallinaria atq; Ornithoboscia consilii instituẽdi gratia emiserũt, Quibus rẽ omnẽ interpretantibus/decretũ est consulto, ut per Patronũ iustæ postulatiõis causa agitur ne prorsus alioqui imbecilla gẽs nõ Gallis modo, sed & Anaticulis, & Anseribus despectui foret, Vtq; Gallis p alienæ linguæ subsidiũ, inter hoĩes quoq; inuidiam suscitarẽt, Hi uero hoc diu ludicrũ esse putãtes, tam frequẽtibus Gallinaꝝ cõuenticulis, tanq; insolito cõtemptu aĩaduerso, rem agi serio acceperũt. Et euestigio, ne clamosæ multitudini ĩdulgẽdo (quod sæpe euenit) dignitatis aliqd sibi aut estimatiõis imminuat, suffarcinati optimis cõsiliis accelerãt, seq; & uellicãdo & propugnãdo uindicãt, Philonicus illarũ

est

boni honoris cupidus et amator

est Patronus, Horum disertus Euthymus, Accusat ille, Hic refutat, Resq; agitur graui admodũ certamine, Capi tandem, neutrũ genus nec suspectũ partib⁹, Arbitrii nacti copiã, Gallis illatã esse iniuriã pronũciant, interpres est NOmothetes (Legislator) qui ut sint cõcordes imperat, seq; amẽt ut antea, Galli & Gallinæ tum silentes abeũt, remq; oẽm ex Patronis ediscũt Domi, Lichenor tandẽ Parasitus, ridẽs factũ, ridiculũ pronũciat Audite obsecro placidis animis remq; ut partib⁹ cõcepta est Silentes diiudicate, Gallosq; & Gallinas amabitis.

¶ PHILonici, ꝓ Gallinis, aduersus Gallos istituta ORatio.

VIdeo ego, in ista spectatorũ accurrentiũ multitudine, Iudicem etiã ignorãs, multa grauiter & attente pro Gallinis dici oportere, ꝓpterea ꝙ Euthymũ cerno/uirũ facundũ & agendaꝝ rerum, mira præditũ solertia, quẽ insolẽtissimã Galloꝝ turbã, Patronũ cõduxisse audio, quasi aut purgare se, tanto spectatorum assentiẽte nũero supbissima gens/aut uincere nos, uiri tam Eruditi ĩgenio aliquo mõ possẽt, Cũ penes nos uictoriã fore usq; adeo certũ habeã, ut quantũ in me est, nullũ causæ nostræ destinatũ Iudicẽ exoptem, Sed uos oẽs Spectatores, æque uelim ita Veritatis esse Patronos, ut ego hodie Gallinaꝝ ero, Auditis etiamnũ q̃ apta partis nostræ sit integritas, q̃ magna fiducia. Sese ipsum uidetur absoluere, oĩm cõsensu/qui suæ causæ optimos quosq; uult esse Iudices, Nec te q̃dẽ Euthyme reformidarẽ, si mõ nec precib⁹, nec præmiis illect⁹ uerũ dicere libere uelles, nihil enĩ iam restaret, quin tuo te gladio cõfoderemus. At q̃a eo discordiæ puentũ est, ut sine iustæ accusatiõis excursu Gallinaꝝ fides & simplicitas dinosci nequeant, Gallis presertim adeo obluctãtibus, Agã ego Spectatores/ut quæ hodie mihi ad dicendũ commissa sunt, citra

B

fastidiū accipiatis. CVM prima luce die huius, e lectulo, me me rapuissem, pulsarunt fores Gallinæ tres, insignes forma, quas ipso statim aspectu nō plane rusticas esse iudicabā. eas ut uideretis adduxi mecum, ne quis me nugas texere putaret, dū, quod factū est eloquor. Harū maiuscula quæ se Quaquerram nuncupat, ut me salutauit, quærere cepit perhumaniter, ut solēt, an iuris peritiā tenerē? Ego linguæ fere omibus ignotæ nouitate oblectatus, tenere me respondi. Cœpit hinc precari me, ut gallinarū hoc die patronus essē, bonāq; operā in re decentissima nauarem. quod cum me facturū essem pollicitus, demisso uultu ac humētibus ocellis, generis sui & sexus inprimis contēptum, tum uero iniurias prope infinitas, quæ contēptum sequi solent, cum laude & cōmendatiōe gallinarū omniū tam prudenter tamq; distincte narrare cœpit, ut mihi eius misero & singultiēti, fere lachrymas extorsisset, ni eas uirilis officii firmitas repressisset. Tum primū eam, ut gallinarum nostræ prouinciæ prudentissimā ex ingenti aliquo cœtu, ad me comitibus duabus destinatā aīaduerti. Videtis q̄ sit ampli pectoris, q̄ capitis exacti? Corpus certe conspicuū Quaquerræ nostræ, fidē facit uerbis meis Spectatores, Quod si itieris longitudine lassata nō esset, necraucā fecisset tā abūdans uecturæ puluis, rem omnē ore suo, ut mihi explicata est, enarrasset corā, proinde ipsa nō firmorū laterū, ad rei exitū Oratrix stare nō potuisset: cū iā sedeat: Et timuit hercle suā linguā a uobis nō teneri, quā ego, nō didici dico sed deglutiui penitus. Itaq; negotiū meis humeris impositū est, Qui coniugali cōmertio tot inesse ærūnas nunq̄ antea credidissē. Specta. quanq̄ ego nō nullas & meo cōiugio expertus erā, At nūc ut credā Gallinarū faciūt lachrymæ, perpetuis iurgiis, & ītolerabili Gallorū insolētia citatæ, q̄ dum se maritos & esse & nomiari uolūt, ea

agũt, quæ nec Tygres q̃dem si miscerent̃ ouibus unq̃ agerẽt.
PRIMVM omniũ, q̃uis inclitæ genere sint Gallinæ & cum aliis uirtutibus, tũ uero maxime hũilitate insignes, Gallorũ cõtemptũ tamẽ, si moderatior esset, æquo animo ferre possent, ꝓpterea q̄ paciẽtiæ mater est humilitas, ut insolẽtiæ sup̃bia. Quia uero asperitas & ista Gallorũ cõtumacia adeo icrebuit ut sui generis partem, quæ ipsæ sunt, tã audẽter negligere & exibilare audeãt, nõ, huiles amplius Galline sed ignaue uideri potuissẽt si tacerẽt, Omĩa enĩ pati, & obstare nullis, nõ iã humilitas cẽsenda est, sed ignauia, Et naturæ suæ ꝑfecto iniuriã faciũt, qui eã ludibrio esse malũt q̃ modeste tutari Recte igit̃ nõ minus q̃ oportune q̃dam dixit poeta. VETErem nos ferendo iniuriam nouã inuitare. At quis iste, dicet Euthymus, contemptus adeo magnus? ubi ista nondũ intellecta Gallorũ insolẽtia? Attẽdite queso Specta auresq; arrigite, res agit̃ nõ sane ludrica. Tota gallorũ hodie cura in eo uersatur, ut firmiores i harena pugiles appareãt, q̃ ad Galliaria custodes, cũ eos tamẽ gallinarũ custodes esse natura uoluerit, Et abomĩabiles pugnas nõ nisi luxꝰ istituerit & petulãtissima quædã libido, q̃d enĩ a mortaliũ salute plus aliẽnũ esse deberet, q̃ dissẽsio & pugna, quæ maximorũ scelerũ incitabula sunt, non ĩ externos tantũ, uerũ etiã in cognatos, & necessitudĩe arctissima iũctos, Id q̃d hi uidere possunt, nil miserãtibus oculis, qui Gallos ut pugnẽt instituũt. Ex quo tandẽ, q̃d sequi Gallinæ miserrimæ querũtur? Nẽpe nihil nisi hoc, q̄ ubi illorũ opa q̃ signate rixosarũ auiũ lanistæ uocant̃, uel allio, uel pipere, siue alio quopiã ad luctam exacerbati, præparãtur, Et uincit alteruter, nõ minus molestus est uictor cum domũ repedat, q̃ qui uictus est, Hic enĩ ut a uicto prius ordiar, ĩuidia & mœrore absumitur, & indignatione perpetua inuidiosus est, nec satis administrat,

Pub. Poeta.

Columell.

ut antea officiũ, quĩ potius ubi rogatur, ut agat, q̄d agere est opus, collũ incuruat minans, caput girat, rostrũq; & calcaria tẽdit mordẽdo & scalpuriẽdo, q̄si par sibi cũ Gallinis pugna

Plinius. futura sit, quæ ante cũ gallis fuit. Proinde nec canit ut solet, alias, nec protegit, sed ita raucit, ut galli solẽt, qui Gallascũt, Odio præterea sui ipse marcescit, &, q̄si uitæ ingloriũ tædeat

Plinius. calcaribus obui⁹ pugnã sæpe repetit, & pugnãdo cõmoritur Hinc miser crebro, Spectato. Gallinis terror, hinc ingẽs euenit anxietas, qua cũ se uiduas esse in animũ ĩducũt suũ, luctu obterũtur, & miseria: Sunt enĩ re uera miseræ mulieres, quũ a uiris quos adamarũt, deserũtur. Lachrymis igitur & uexãtibus animũ uigiliis aperta sui amoris ĩdicia, q̄uis mala in p̃te facere solẽt, nec mi℞, cũ natura gallo℞ amãtissimæ essẽt gallinæ, si sanctissimas inter eos cõiugii & fidei leges, libido atq; insania non impedirẽt, Id q̄d inter nos hoĩes quoq; nimis frequẽter locũ habet. Multo℞ enĩ uel a natura institutã amicitiã, uel melior fortuna uariat, uel peior inuertit, & gloriæ crescẽtibus titulis, uetustæ amicitiæ necessitudinẽ adnexã r̃tinere, nõ nisi summæ prudẽtiæ uiri solẽt, tantũ est in multo℞ aĩos ambitiõis & ostẽtationis imperiũ. VICTores Gallos q̄s iã non credat Spect. insolentissimos esse, si uictis ea est, quã retuli insolẽtia. Cum uictoriæ ꝓpriũ sit, inflare & audẽtiores facere, quò circa & inter nos paucissimi sunt, q̄ eam æquo aĩo ferant, caueãtq; ne maxĩæ uictoriæ, maxĩus cõtemptus sit comes, Galli uictores, inq̄t Quaquerra, cũ Ornithoboscia repetũt, sola sup̃bia saginanĩ, & meõria tumescũt rei uiriliter actæ ad[illegible]ũtq; quicq̄d est leuitatis & libidĩs, nec adq̄sitæ nos gloriæ titulis faciũt, sed ferociæ participes. Videres inq̄t Philonice, si nobis Hospes eẽs uel biduo, ostẽtatæ fortitudinis iactantiã, & eũ corp̃is cultũ, qui uix fœmĩas deceat, minusq; & amoris

& custodiæ, q̃ ante unq̃: E qbus nos aperti contẽptus euidẽ-
tissia uestigia annotare necesse est, ac deide nõ nulla occultio-
ra quæ intra fibras residẽt: odorari. Quod certe a uero nõ est Solon.
alienũ: Ex manifestis enĩ, ut nr̃i inqunt philosophi, quæ occul
ta sunt depræhendũtur. Licet mihi hoc i loco exclamare, mi-
serandã esse gallinarũ conditionẽ, quaꝝ mariti galli uictores
euadũt: Cæteros enĩ asserit uictoria, gallinas mãcipat, & gra
uiori seruitutis iugo coercet. Non possũ ego spectatores, aut
memoria cõplecti, aut oratiõe cõsequi, eas iniurias, qbus uel
uno die gallinas illi sanguiarii Athletæ afficiũt. Primũ oĩum
cum Veneris comites Gratiæ sint, ut ego cum adolescẽs poe-
ticæ uacacar ẽ, sæpe legi, galloꝝ Venus, non est Venus, cũ eã
nõ gratiæ sed ꝓ Charitibus furiæ comitẽtur: Nullꝰ enĩ hodie
est gallis sine sanguine cõcubitus, adeo miseras illas cristis de-
prehẽsas, mordẽt & uellicant gallinas. Videtis Spect. q̃ alte-
ra comitũ Quaquerræ secundũ cristã & oculos sangunioléta
sit: putabã eam uepribus lesam Veꝝ: ut mihi r̃tulit Quaquer
ra, uictor eã gallus ita torsit, pessũdedit: & coinqnauit. Est ne
hæc blãda Venus? An non hæc iniuria est? Tales uiros mu-
lieres nr̃æ formidãt, & tamẽ gallinis sunt fortiores. PRæte-
rea cũ Quaquerra, nuꝑ ad præcipitẽ uicini flumis ripã, apri- Columella.
caretur, & se puluere ac harena molliori nõ nihil lauaret: nihil
mali suspicãs, gallus uictor infestus ei, ꝙ casta Veneris ĩmo-
destiã contẽneret, rostro & calcaribus in cœruleos eã fluctus
deiicere conatus est, & deturbasset impiꝰ, ni prospero uolatu
in alterã se ripã ꝑterrita corripuisset. Adeo tamẽ morti uici-
na fuit ut pedes & uentrem imũ summæ undæ madefecerint.
Quæro uos Spect. an hoc factũ parricidio non sit uicinius q̃
iniuriæ? Hic Gallus mersili culeo dignus foret, qui tã audax
ausus est facinꝰ. Qđ si quæ iã loquor, Quaquerra nostra sine

iterprete accipet, abūde lachrymaretur: Raro eni duros cas9
q sustinuere retētis lachrymis audire solēt. Si uero quis inter
uos Spect., factū aliter putat q̄ dixerim: semimares Capos,
quaquerra nostra ꝓducet, qbus & confidit optime, & mul-
tarum iniuriarū testes fore perq̄ sperat, sunt eni hæc oīa die
ipso clariora, quodq; in agello Quaquerræ cōtigit, fieri alibi
frequētius, publici Gallinaꝝ cōuentus testimonio, comptum
est. HAEC sunt Spect. pugnaꝝ præmia, hæc munera uide
licet, quæ uictores galli cōiugibus suis domū referūt: E heu
insignia spolia, qbus ornatæ, nō his tantū, ueꝝ etiā Anserib9
& anatibus despectui sunt. VIDES Euthyme, qui Gallorū
ptes defensurus es, q̄ iuste accusari p me uideātur, q̄ iiuste aūt
per te defendi, si defenderis, Videre eni uideor, a propugnādo
te desituꝝ, & sensurū mecū: Quid daretis Galli? ut tantū ab
hac lite abessetis, quantum Hypanis ab Eridano abest: Qua
mulcta uos obligaretis, ut a grauissiæ cēsuræ sentētia essetis
hac tota nostra ꝓuincia liberi? credo ego, aliquos tandē reptū
iri, qui hoc saxū ad metā usq; uoluāt, ut uestræ uos aliquādo
luctæ peniteat, Veꝝ qd hæc eloquor, cū non intelligāt Galli,
Tu Euthynme qui gallicinīū nosti, hæc ipsis si lubet, iterpre
Pli. Cecilius. tare, reperiēt forsan, quo se tutētur. Multa eni excogitat moe
tus. Sed ad rē redeo. GALLINAE Spectatores, Gallos &
pariūt & enutriūt, eosq; ꝓsequūtur amore, quo matres filios
decet, Galloꝝ amor & impar est & impius, Indulgeretur eni
hoc ipsis, ut plures una amarēt, sexus huius ita natura postu-
lāte, Verū postq̄ uictores fuere & audētes morsus imbuerūt
sanguine, Nulla amatur uerius, q̄ quæ & libidine & superbia
Gallis proxime accedit. haꝝ aūt, & in sexus huius fragilitate
ut ingenue fassa est Quaquerra, nō nullæ sunt, ita forte natu-
Euripides. ra siue fato instituēte, ut nihil ab omni pte perfectū atq; abso-

lutū sit. CAETERVM, ne casum omnino & elūbe genus galliæ tibi Euthyme & tui similibus uideātur, q nihil preter Gallos ex merito laudari posse dudū uobis psuasistis, paucis quæ ad eaꝝ nobilitatē attinere uidentur, perstringā, seu uiuas respicis, seu mortuas, Et ea qdem in re, qd optimū patronū decet, agā, qui clientis causam nō semper ut ꝓposita est, enūciat & instituit, uerū addit, ubi addendū est, minuitq, ubi minuendū: Ne apta simplicitas (quod alioq sæpe euenit) uersutia tergiuersantis fraudulētiæ supata, iniquitatis titulū subire cogatur. GALLINAE frugiuorū & humile genus, nō fere supbiunt, nemini nocēt, qd ueræ nobilitatis uestigiū est, nec in bellū quenq̄ ꝓuocant, Sed agmine cohortali pastæ, oua pariūt, quæ, ut in humani generis usum emergāt, clamore ostēdūt, Si quæ uero eis sobolis iuuādæ gratia relinquūtur, excubant, maresq & fœminas edunt, educātq, quorū in numero Galli, cū se fortissimos iactāt, fortiora nesciūt oua ex quibus gignūtur, suæ nimis temere, ne dicā stulte ibecillitatis præcones, Illorū enī putaminis tanta firmitas est, ut nec ui nec pōdere ullo frāgatur, nisi paululū inflexa rotūditate. Proide nullum esse aliū cibū, Medici aiūt, qui in ægritudine plus alat, & minus oneret, Simulq & cibi & potus uim habeat, q̄ ouorū, Quorū candido calci uiuæ admixto, uitri fragmēta glutinari magni autores asseruerūt, iidem contacta eodē ligna, uestesq nequaq̄ aduri. GALLVS decrepitꝰ Ouū parit durissiæ pellis, qd simi calore fœcūdatū Basiliscū edit, aīal uel solo uisu ferale, Attēdite Spect· q̄ uenenata & hominū saluti cōtraria gallorū oua sint, quæ (ut mihi uidetur) rectiꝰ excremēta essēt: Bene ergo sapiētes aliquando homīes instituisse, Quaquerra inqt, q senes galli Templorū, Turriūq fastigiis affigūtur, Ita enī oua parta per tecta, pque fornices decidūt & rumpūtur,

Plinius. 29 ca 10

Hermes.

Iocus.

ne toties crudeles Basiliscos uidere cogamur, Galliæ illuc nõ destinantur, frãgerentur enĩ bona oua, & saluti nostræ cõducẽtia, multũq; in re parua periculi foret. Ideo ut inter frutices obrepãt, natura instituit, & pacatas ac cohortales uoluit (de Numidicis enĩ & his quæ Meleagrides uocantur iam non loquor) ipsisq; gallos præfecit tutores, olim adprime fortes, Iã uero nõ tam fortes q̃ clamosos. Sæpe enĩ ut ex Quaquerra accepi dũ Accipitrẽ uident, clamãt q̄dem, sed clamãdo interim fugiunt. Quod nr̃m quoq; multi faciũt, qui cũ ad pugnã ꝑuentũ est, postremos cohortari ut audeãt, malum⁹ q̃ primi eẽ

Columella. Ab rapacib⁹ auib⁹ gallinæ cõspicuæ sæpe rapiũtur, gallo iterea ad sæpem occultato. Ridendũ est ꝓfecto ibi pugnaces esse Gallos, ubi res nõ postulat, Vbi aũt esset op⁹ horrere & intremiscere, ac stertẽdo nõnunq̃ negligere, Perperã certe nobis omĩbus, gallorũ uigilias quæ tantæ nõ sunt admirãtibus. Qui enĩ fieri põt? ut ex effœminato & in summis deliciis enutrito adulescẽte, uigil gall⁹ oriatur? Bonũ ego d̄generare posse sæpe accœpi. Malum aũt ita adcrescere ut bonũ sit aut fiat, fere nunq̃.

Lucianus. Ferũt autẽ non Poetæ solũ sed & philosophi, Adulescentẽ oli fuisse Gallũ nomĩe, Marti adamatũ, ipsũq; Deo cõpotasse & collusitasse. Itaq; eũ cum Venerẽ adiret cũ ea cubitur⁹, hũc quoq; Gallũ una secũ adduxisse, & cubiculi foribus præfecisse, ut intus Venere & Marte secure dormiẽtibus Ipse solis aduentũ uigilãs expectaret, eũq; maturæ Marti, ne adulterio depræhẽderetur indicaret. Semel autẽ is puer somno correptus excubias deseruit, inscius, Solemq; exurgẽtem torpidus ad Diuæ thalamũ admisit. Quo postea factũ est ut ab eodẽ certior factus Vulcanus uoluptarios in lectulo minutissimis uinculis, quæ iam olim in illos fabricatus fuerat ĩplicuerit, summo utriusq; numĩs pudore, sũmaq; ignominia.

Mars igitur simul atq; dimissus est, aduersus Gallũ indigna/
tus, eũ in auem trãsformauit, iisdẽ armis, ut in capite ꝓ Galea
Cristam obtineret. Hæc est Spect. Galloꝝ origo, quæ an ali/
quã nobis in eis uigiliaꝝ spem præstare possit, ipsi ꝑpendite.
Nunq̃ ego hũc præcæteris uigilẽ dixero, qui pro insigni desi/
dia, ĩsignes pœnas dedit. Quãobrẽ male mihi de ueritate me/
riti uidẽtur, q Gallis, ceu rationali quodã discerniculo prædi/
tis, horarũ p cantũ obseruationẽ & discrimẽ attribuũt. Hoc
enĩ ꝙ certis canũt intersticiis, ex salacitate potius & Veneris
suæ imaginatione, prouenire, uel ex hoc cõstat, ꝙ Castrati nõ
canũt, eadẽ ipsis alioqui manẽte natura, & priusq̃ quã ineũ/
dis Gallinis maturi sint, silent. Gallus ergo (ut magni in phi/
losophia uiri opinio est) dilabente iam p uiscera cibo, sonoq;
discedẽte, quo tẽpore corpa, sua spõte, concitãtur ad Venerẽ,
statim Gallinaꝝ meminit, quoq; copiosior fit fœtura, Cãtus
illecebra prouocat, & hæc ꝑpetui clamoris p interualla in sin/
gulas noctes, paria, suscitati: causa est, Sed uideo Quaquerrã
allicere me, nutante capitulo, Eho, uideor uidere, qd uelit, rei
forte unius oblita est, Sinite queso Spectatores, ut eã paulisp
audiam. Ago gratias tibi mi Quaquerra, & habebo, prudẽtis
sima certe es & digna, quã omnes audirẽt si mõ intelligerent,
Susurrauit mihi ad auriculã, Gallinas celebrẽ habere in cœlo
imaginẽ, & hanc se sæpe uidisse (nullũ enĩ animal est, qđ cœlũ
frequẽtius aspiciat) Hoc ego, quanq̃ non ignoraui, præteriis/
sem tamẽ ex obliuione, non enĩ omniũ una memoriã habere
possum⁹. AIVNT Astronomi, Gallinã in cælo esse, & Gal
lum nullũ qui esset famigerat⁹, licet eam nõnulli, nomĩe per/
peram ĩducto, Cygnũ dici uelint, quos certe lippos fuisse exi/
stimo & cælos ꝑuidere non potuisse. Inter Gallinã enĩ & Ci/
gnũ multũ interest, Pro Gallinæ nomine etiã Arabes, ut au

Opinio Ambrosij Leonis Nolani.

Plinij Cœlumq; solum volucr[illegible] crebro

Ptolomeus. & Arabes.

Aratus. & Hyginius. [illegible] signorum celestium

C

dio, accedunt, Pro Gallo nemo in uniuersum, Quis autē non asserat maximi meriti causa in lucentiū stellaꝝ effigies, Gallinam euectā fuisse? Cum cœlū eorū sit expers, qui aut de diis aut de hoībus male sunt meriti, Galli autē, haud scio quo suo merito, locū habēt, quod equidē sciam, per celebrē in Codice Iustiniani, ubi de his agitur, qui parētes uel liberos occiderūt, Ea lege cuius initiū est, Si quis Parētis (possum equidē ea citare quæ mihi per officii rationē cōperta sunt) Qua iubetur, Specta. ut Parricidio conuictis, cōsuatur, præter serpentē canem & simiā gallus gallinacius, q Parricidæ in lubricos fluctus, comes eat, atq; una moriatur, infami culeo. Id quod & institutionibus repetitū est, eo titulo quo de publicis iudiciis agitur, Quid Cachinnaris Euthyme? An non cōfessa ꝑfero, nisi falsum scripserint hi, quoꝝ decretis ita adhæremus, ut nulla his ueriora, aut euidentiora esse credamus, Hui pulchrā & amabilē Gallorū conditionē, Subeūt aquas cū his morituri, qui nec terra nec cœlo digni sunt, dū Gallinæ ad solem insontes spaciantur, aut matrices in nutricatu aut excubatiōe occupatæ sunt. Præterea, cū Gallinæ aut taceant semper, aut quo in loco sita oua sint, quæ ediderūt, cōmonstrent, nil certe pate faciūt, quod homines scire sit nephas, At Galli præter hoc ꝙ aliquādo clamādo monent, produnt etiā, ac subinde proditores adpellari possūt. Petrū equidē ut scitis, & singulis auditis annis, peierantē Gallus prodidit, & ter negantē, non die dico sed gliscētibus tenebris, aperto cauillo persecutus est. Nonne ferox hic gallus fuit? qui uiro piissimo & fidentissīo, illa in re deesse q̄ adesse maluit, Non potest laudari, illa ad garriendū procliuitas, anīus enī incautus, aut oppressus metu, id sæpe agit, quod cū dignoscit, nō uult propalari. Recte igitur unus

Solon. ex sapiētibus, in hæc uerba, Non quodcūq; noueris dicas, sed

plane cognoscēs tace. At qd ago? Rapuit me Spect. iusticiæ & simplicitatis amor, ut maledicere gallis, male audire merentibus, hactenus perrexerī. IAM ego mortuas laudare recte incipiā, cum uiuæ se suæ causæ certitudine & sinceritate satis tueantur. Quis nescit defunctas uita gallinas & rurestriū & urbanorꝝ familiares focos abunde opulētare? Nullū prandiū nulla cæna satis opipara uidetur, cui fato functæ gallinæ desunt, Macilentos libidine gallos nemo concupiscit, nisi pulli sint, aut iuuenes: Habet enī in omni fere genere animantū iuuentus gratiā, Senectus rarius, nisi gallinas dixeris senes, optime elixatas, Quarū caro tam est efficax, ut aurū liquescens mixtū sibi, cōsummat. Quod nulla flammarꝝ uehemētia potest, nulla ars, quæ tamē reliquorꝝ metallorū aut minuit aut omnino resoluit naturā, hoc uerū esse magni harꝝ rerū scriptores asserūt. POSTremo si Medicinā respicimus eā, quā omnes hac in re compertā habent, quæ caro salubrior? quis melior adeps? PARthi ut audio, gallinarū cerebrū, plagis imponūt, & subide sanātur. Auicennā ferūt gallinarū carnē laudare, ꝙ uocē clarificet, q̄ a reliquis brutis nos distamus, Hæc uenenatorꝝ morsibus adligata mire prodest. ID Habeo cōpertū: Fel Gallinæ maculas in corpore factas auferre, eiusq; sanguinē faciem mūdificare, & decenti exornare colore, Proinde nequid, quod sciam, omittatur: Gallinarū excremēta macerrimis uineis, & omni surculo atq; aruo mederi sæpe legi & uenena pellere. VuLtis ne Specta. aut pati possetis hoc genus auiū, iniqua sentētia deleri? qd̄ adeo in uita nobile & commodū est, ut etiā ea extincta nobilitatis in se prioris uestigia relinquat, Delete potius gallos quos mortuos esse, ī hac præsertim prouincia, cōmodius est q̄ uiuere, Aliunde tandē accersiri possunt, q gallinis officiū faciunt. Institutas enī nuꝑ tā

Columell. — Plinius. — Plinius. — Rasis Medic. — Columella.

malo more iniurias, & hũc aspernabilem pugnãdi usum nisi capite plectantur nõ elimabunt, obduruit equidẽ ceruix & in scelere ipsis supremæ gloriæ tituli quærũtur. Sed iam satis su perq; dictum est, quanq̃ plura Quaquerra iusserat, quæ ideo missa facio quod omniũ animos in gallinarũ fauorẽ, id quod iustissimum est, inclinatos uideo. DIXI.

EVTHYMI PRO GALLIS CONTRA GALLINAS INSTITVTA DEFENSIO.

NVLLA EST PENITVS INTER MORtales labes, Spect. quæ uirtuti, & ex ea natis gloriæ & fœlicitati, pl9 sit aduersaria q̃ iuidia, quæ aliquãdo (ut scitis) infandis exiliis, & iniqssimis repulsis, eos uiros agitauit, q & de Diis & de hominib9, q̃ optime meriti uidebantur, post hos aũt plerosq; tanta insolẽtia adorta est, ut sustinere insontes molestissimas accusationes fuerint coacti, Id si hodie gallis contigit, eo est æquius ferendũ, q̃ & primũ talis rei exemplũ non sunt, & ab his accusãtur, in quibus iustissimæ pœnæ plus loci est q̃ querelæ, Audistis sane Philonici nr̃i copiosam & disertã postulationẽ, quã ego cõmendarem magis si tãto liberioris maledicentiæ tabo illita nõ esset, qd enĩ est dictũ, quod gallos nõ taxet, eleuet, alliciat? cum solæ gallinæ cõmendentur, & ab his rebus etiã laus sumatur, quæ fere laudari nec possint, nec debeãt. Laudãda est certe sedulitas & eloquẽtia Philonici, q more suo, nõ tam uerũ & iustum tuetur, q̃ etiã ita falsum & excogitatũ instituit, ita obumbrat, Vt ueri & iusti loco ab auditoribus accipi debeat, tãta est in eo eloquẽtiæ potẽtia, Quæ certe alioqui, sine malo cõsilio nõ male meretur, Verũ, unde Philonico tã consiliũ malũ? Vnde illa ptinax rei non satis intellectæ defensio?

Nempe si uerũ dicere fas est, ut certe est, a solis gallinis, id q̃d tu Philonice fassus es. Quæ te adeo precibus præmiisq; īduxere, & mercati sunt: ut falsũ ꝓ uero tutari fueris ausus, eoq; audaciæ mens tua processerit, ut uictoriã ipse tibi, nondũ cognito Iudice promiseris, meq; quẽ tibi ex officio nouisti aduersariũ, de ueritate dicẽda īterrogaueris, q̃si ego eius animi quo sunt gallinæ dicere uerũ libere nõ audeã. CONSTAntiores estis Spect. q̃ ut simplici querelæ totq; anilibus fabellis adauctæ, fidem illico adhibeatis: Nullũ est hodie uiciũ quod suum patronũ non habeat, & iniquis rebus eloquẽtia si uult, multũ affert, ac fere nõ minus ornatus q̃ recte factis, tanta est, delinitæ illecebris orationis efficacia. Aperte ego uobiscũ agam & simpliciter, Sunt enī uetusti autoris testimonio, simplicia uerba ueritatis, Nec fuco uos aut orationis delinimẽtis suspendã Iusta enī lingua robur īmensum habet, & uiribus eloquentiæ adeo certe nõ eget, q̃ hæc, quæ cũ rei cãdore diffidit, ad obductæ tectoriis blãdicias linguæ, & ostẽtosam uerborũ iactantiam refugiũ habet. Scitis Carneadẽ philosophũ, Romæ, cũ legat⁹ uenisset, Catonis sentẽtia, a Senat⁹ cõspectu amoueri iussũ, q̃ uir grauis & ueritatis amãs, hominis eloquentiã suspectam habebat. Te aũt Philonice, ut ad instituta perueniã, oratũ uolo, ut q̃tum gallinarũ inuidia seductus fueris, quidue aut quantũ defenderis ex hisce quæ iam sum dicturus patienter accipias. Intelliges enī sane omnia & mecũ senties, Quãq̃ quod tu paulo ante nõ fecisti, nihil asserere temere uelim, nec polliceri mihi uictoriã, Sed id solum conari, ut quod est uerũ in apto sit, Reliquũ in eius manibus erit qui causæ futurus est Iudex, rem enī nostrã ad unũ, aut pauciores saltem relatũ iri existimo, quod si nõ sit, æque mihi uos omnes spectatores, in iudices eligo, ac Philonicus fecit. Veritas eteni multoꝝ diligẽ-

Seneca.

Aeschylus.

Sophocles.

Gellius.

tia rectius deprehẽditur, q̃ unius opinione, & preceps admo/
dũ est consiliũ, quod nõ multorũ trutinato iudicio elucidatur
Dignemini igit̃, si modo uobis masculi Galli, cordi unq̃ fuere,
ueritatis & iusticiæ iuuandæ gratia, me hoc in loco q Gallos
sũ desẽsurus, patiẽter audire, ut nostris litibus iudicio ꝓuoca/
to, ueꝝ dinoscatis. VEnere ad me pridie Galli quatuor, quos
assidere mihi hic uidetis, ut forma præstãtes, ita Hercle aĩo
acutissimi & uigilãtissimi, quoꝝ senior, Giggulirus nomine,
postq̃ hospitii sibi copia facta est, clamare cœpit, Euthyme(
Nouit enĩ me iã a teneris annis, Parenti suo, iti dẽ prudenti sæ
pe comes, cũ me de rebus grauioribus R. P. suæ cõsulturus
aduolauit) Euthyme inqt, qui Gallicíniũ intelligis & patro/
cinio tuo strenuos Gallos, multis iã annis fidelissĩe iuuisti, cau
sisq; grauissimis sæpe tutatus es, Nos ingẽti Galloꝝ cõuentu
publicæ legationis muneri præfecti, ad te mittimur, qui cæte
ris & prudẽtia præstas, & eo in loco oportune agis, quo cõ/
iuges nostras, si modo cõiuges dici merẽtur, lõga excogitatã
inuidia postulationẽ ꝑ Patronũ habituras ĩtelleximus, eo ner
uos animi tẽdes, & duce ueritate retũdes, qcquid nobis, falso
plebs illa mobilis ĩpegerit. Ego postq̃ cõiugis audiui nomen
adeo q dem odstupui ut fere, q̃si estasi correptꝰ, decubuerim,
& in animo uoluere incœpi id iã adesse, quod sæpe cito nimis
affuturũ timuerã. Noui enĩ mulieres, quæ cũ natura sint ĩui/
dæ & ad iram ꝓpensæ, dũ offendũtur, siue potius castigãtur,
ex festuca trabẽ, ex stupa Magnetẽ suo clamore facere. Tum
quæ belli causa foret, inqrenti, solam gloriã Galloꝝ esse Gig/
gulirus respõdit, quã decẽtissimis pugnis adqsitam, sibi non
esse diuiduã, Gallinæ quererẽtur, & dolerẽt, quid mares quid
fœminas deceat, sane nõ intelligẽtes. Deide nonnullaꝝ rerum
me prudẽter & diserte admonẽs, Rem, inqt, tenes Euthyme,

nosti Gallos, nosti Gallinas, omnia prudẽtiæ tuæ cõmittim9
Nec, si cõmode hoc in loco uerba facere possem9, faceremus
tamẽ, male enĩ propositis, & dolose excogitatis, adeo in Galli
nas possemus accẽdi, ut ea in mediũ adduceremus, quoꝝ nos
posthac forsan peniteret, Fama enĩ nr̃a plus nobis curæ est q̃
Gallinaꝝ infamia, Loquẽti tamẽ tibi assistem9, ut uerbis tuis
nostra præsentia fides fiat. Hæc cũ audissem, Gallos me Her
cule, ut apertos & paucorum uerborũ uiros miseratus, Cogi
tare omnia & inq̃rere diligẽtissime cepi, & breui sũ expiscat9
Gallinas adesse & Philonicũ conductũ patronũ, Cumq; pau
lo ante, domũ egrediẽs, tot hunc in locũ hoĩes cõfluere aĩad/
uerti, forte subsecutus sum, animus enĩ mihi, nescio q̃d præsa
giuerat, nec frustra, Philonicũ siq̃dem ita anhelantem uidi, ut
folles mihi sub pectore premere uiderẽt, Cui me locuturo op
posui, ut omnia q̃bus respondendũ esse uideretur ex eius ore
colligerẽ. Collegi igitur nõ parũ multa, q̃bus ut serie, respõ/
deam est opus. DIXti Philonice Galloꝝ curã in eo uersari, ut
in harena pugiles sint potius, q̃ ad Gallinaria custodes, & ex
eo q̃dem omnis dissẽsionis & cõtrouersiæ fundamentũ, deri/
uas, nimis certe temere, ne dicã ĩprudenter, nõ enĩ hoc reuera
Gallinis dolori est, ꝙ pugnãt Galli, sed lõge aliud, Inuidia siq
dem succẽsæ ægreferũt extolli Gallos, dũ interim ipse sibi do
mi q̃si ingloriæ degere uidentur, Debebas igitur ex Gallinaꝝ
ĩmensa inuidia rem duxisse, non pugna gallorũ, quã ego hoc
in loco, non modo decentẽ sed & necessariã esse assero. Quã/
doq̃dem pugnaces & cordatos oportet esse gallos, si tot gal/
linaꝝ custodes gloriosi esse & uideri uolunt, & quæ noxia in/
surgũt, eliminare. Nemo aũt Spect9 aut cordatus unq̃, aut ad
pugnã idoneus fuit, a quo pugnæ ratio & truculẽti hostis as/
pectus ignoratur. Miseꝝ exercitũ uetustas putauit, quẽ inex/

pertus & nullis assuetus uulneribus, imp̄ator duceret. PRo/inde ut ex pugna reuersus, per imensos terrores, uariūq; armorū strepitū & dubios Martis uultus, miles audentior fit. Id q̄d
Plinius. uere L. Sicinius Dentatus, Manlius Capitolinus, M. Sergiꝰ sæpe uulnerati, docuere. Ita & ex lucta ad pugnandū, aīosio/res ubi res postulat fiunt galli. Dicite mihi Spect. an Tyroni Veteranus præferēdus sit? Hercle præferendū dicetis, Idq; solius fortitudinis gratia, quæ longo usu & diutinis castris cōpatur. Non aduertisti Philonice, q̄ tecū dissenseris. Vis gallos a pugna esse alienos? & noxiis auibus uisis non fugere? cū fuga pugnādi nescios maxime deceat. Erras tu quidē, q̄d aiūt, toto cœlo, & anilibꝰ galliaꝝ nugis, quo uolūt flecteris. Galli s mares, ut audistis Spect. pugna decet, non tā honoris aucupādi gratia, q̄ galliaꝝ tutelæ, & salutis, id q̄d istæ uitilitigatrices nō aduertūt. Neq; sunt hi p̄ celebres ludi cruēti semp̄, nec lætiferi quod gallinæ ingerūt, Quotus enī quisq; illic perit ubi pugnatur? Nec prætereundū est, q̄ hoc instituto maximis ciuitatibꝰ
Plinius. & Aelianus. sempiternæ gloriæ galli fuerūt. Postquā enī gallorū certamē Pergami increbuit, & Athenis post Themistoclis cum Xerse pugnā, die in singulos annos decreto, inceptū est, Nobilitata est, Rhodos, Tanagra, & media regio, Rhodii enī &, Tana/grici, omniū pugnacissimi fuere, secundū hos autē, ut accepi, Chalcidici & Melici. Videtis Spect. multos gallos, ex lucta, sibi & p̄riæ, selectæ gloriæ titulos reportasse, q̄si aut Olympiis, aut Isthmicis ludis Athletæ fuissēt uictores. Vetustissimū igitur morē & lōga annoꝝ serie inductū, nostri galli si æmu/lantur, q̄s uituperat? Estis certe morosum genꝰ gallinæ, estis inuidissimæ: nō amatis maritos, quos contra uiri officiū pa/storalis custodiæ inertia domi obtorpere mauultis, q̄ ex cele/bribus Gymnasiis, desideratis gloriæ titulis insignitos redire,

Vos subinde fingẽdo, quid prodestis? Quid iuuat inserere ea uestris lachrumis, quæ ne hili qdem facienda sunt, Augetur estimatio generis uestri, si uiri Galli pugna fatigãtur, Romanæ matronæ, quorum uiri cõiuges, R. P. externorũ casu, ꝓ uirili iuuerũt, e uictoriis, triũphis, & omnino honoribus, nõ paruam sibi gloriæ partẽ ascripserũt. Putatis nõ lætatã Hersiliã nõ etiã elatã, Romulo nõ semel tã gloriose uincẽte? Cincinati uxorẽ & si trepidã, Raciliã, Dictatura tamẽ in mediis aruis oblata uiro, gauisam qs dubitat? Quid alias recẽseam Spect. immẽsi ordinis fœmias, q̃s maritorũ uirtus adfecit, Participẽ habetis gloriã gallinæ, & eã uobis ꝑticipẽ esse nõ intelligitis. Verum est, mulieres fere oẽs in malã partem, ꝑtinacioris aĩ esse q̃ in bonã, Hinc tot lachrymis illitæ querelæ, tot curæ astutia etiã simulatæ, et irritãte ĩuidia, clamosæ ĩiuriarum & ampullatæ obiectiões, q̃s gallinarum credo municeps, Philonicus, Linguæ blandimẽtis accurate satis & uigilanter iuuit, Sed frustra, Nã & in hoc honestissiæ pugnæ decore, multiformis hominibus uoluptas accidit, & uiris ĩterim maximis nulla in re ꝓpius accedũt galli, q̃ luctæ exercitio. NEstorẽ ego Triseclẽ, & cõsultissimi pectoris Heroẽ, legi multis Gymnicis certaminibus exercitatũ, in rei militaris tandẽ expientiam uenisse, unde sibi dubio ꝓcul senilis illa prudẽtia incalluit, Alios prætereo qui sunt ĩnumeri. Intelliges ex his Philonice, q̃ indecẽter, lanistæ nomĩe lacessãtur, q Gallos ad pugnã instituũt, non enĩ in his crudelitas: sed amœnitas, nõ periculum sed incrementũ, inest, Nec rixosi sũt subito galli cũ uicere, uerum in eã, quæ ꝓ gallinis summẽda est pugnã, plus aĩosi, Qđ si unus aut alter, q uictoria temere abutatur, reperitur, nõ statĩ in omnes culpã reiicies, Sũmæ enĩ petulãtiæ est, ne dicã insaniæ, quod pauci comisere, in omẽs referre, Proĩde cũ lanistæ nomẽ odiosum ad

Philostratus in Heroicis.

Lactantius. modũ & infestũ sit, eos ita nomiabimus, qui humanis oculis, humani cruoris ꝓfluuio, spectaculũ ex diglatiatiõe, summo scelere instituũt, Is horror, hæc imanitas longe Philonice ab gallis aliena est, Quod si aliquãdo Spect. q̃si grauissio aliquo incõmodo agitati galli post luctã tacẽt, uicti, non est ꝙ mire/mur, nusq̃ eni uinci amœnũ est, minimos etiã & pueris idone/os ꝑcensentibus ludos, Non nullius ergo mœroris ratio id ef ficit, ꝙ a cantu abstinet uictus gallus, q pro gloria, ꝓ honoris incolumi ꝑennitate, luctã instituerat. Eam fortẽ si indignatio seqtur, æquo animo ferre debẽt Gallinæ, cũ interi non minus amentur q̃ antea, aliter Philonico somniãte q̃ res habeat. Præ terea, ut uictoriã adeptis clamor est peculiaris, in nr̃a etiã fra

Liuius. gilitate, ita & eandẽ amittẽtibus silentiũ præcipuũ, Roman⁹ olim miles post Cannẽsem cladẽ certe non cecinit, ueꝝ sũmo silẽtio Romã est amplexus, si forte qs Romã tũc, nõ Italiam desertur⁹ ꝑuenit, At Scipionis triũpho, q Carthaginis supa tæ & Italiæ uĩdicatæ index fuit, multiplex cãtus, multiplexq; exultatio, Punicis ĩmixta ferculis, dubio ꝓcul audita & uisa ẽ.

Herodotus. Crœsus quẽ omnes, fama uariæ fortunæ nouistis, suã fœlicita tẽ nõ semel blãdo risu admiratus, nõ Hercle risit cũ pyram il lã fatalẽ ascẽdit moriturus, Veꝝ qd moræ in re tã apta facio? Galli Spect. ut Philo. nugas cõtinenter eliminẽ, seu uicti sunt seu uictores euadũt, officiũ faciũt, gallinas amãt, fouẽt, tutã/tur, Nec ullã æscam soli cõmedũt nisi longissime absint galli næ, Nostis eteni q̃ coczysent familiariter q̃ blãdo has mur/

Aelianus. mure inuitẽt. Oua excubãt uicesq; matricum gerũt, ubi dese/cerit, Quid frons tibi Philonice adeo capat? Gallinas ego cer te Bardas & insipidas appellare ausim si aliđ sentiãt ita eni res habet ut dico, Nec aliud nugãti Quaquerræ fidẽ habeũt q uerũ amãt, Sed pergo, Galli ꝑugiles, paucissima sibi ad qetẽ

momēta deligūt, pspiciuntq; omnia, nec minus clamore inte/rim monēt, & quæ gallinis nocēt aīalia, non solū non ptimes/cunt, sed etiā pro cōiugibus ppugnant. Fertiles præterea eas faciūt, idefesso accubitu, cūq; modestiori Veneris uoluptate pfrui possent, amore tamē cōpulsi, sese oībus cōmunicāt, oī/busq; miscent, Quo minus tibi Philonice, gallorū macilētia ta xanda fuit, cū adeo uigilēt, & ardentis thori officiū adeo exe/quātur, non qdem sui gr̄a, sed gallinarū potius, qbus optime esse uolūt. Nec faciūt in sua R.P. qcquā diuiduū, qđ aut ma ritus aut fœmia propriū dicere posset, sed in cōmune prōptis sime conspirāt, Puto uos Spec. agnoscere, posse, sint ne uera: quæ ex Quaquerræ ore pfatus est Philonicus: Omnia man suetissius gallorū amor efficaciter euincit, & anihilat, quo sibi cōiuges præferūt, testibus, cū omnibus his, q aut gallos aut gallinaria unq̄ curarūt, tū maxime castratis Capis, q rē oēm satis comptam habent, Gigguliro nostro id asserēte, fuerunt eni & ipsi galli, & gallinas etiamnū amant, ne qs me suspecto teste uti uelle existimet. Facesse igitur Philonice, cum ista tua delirāte Lamiga, facessāt illa iniuriarū præstigia quæ ut relatu ita & oppugnatiōe magna ex pte indigna sunt, Nihil eni fere est, qđ nō rideri potius q̄ oppugnari debeat. Et tu Giggulire cachinnaberis, postq̄ ego tibi domi rem tā futilē, tam mulie/bribus cōmentis q̄drantem interprætatus fuero, Certe iā nūc ridere uidetur, tremētibus ocellis, Spect. & omnia capite cō/cusso floccipēdere, ptim siqdem sermonis mei excursū intelli git, & latinū addidicit, quādo eas regiones iuuenis peruagat9 est, qbus Galli latine loquūtur, & si latine loq exacte nesciat, Id qđ iter nos quoq; euenit, Sæpe eni exoticæ linguæ sentētiā subodorari uidemur, nobis interi ea ipsa nihil loq potētibus, Age Giggulire, cū rē ad unguē accipies, ppensius ridebis, &

Varro.

Columella.

aniliũ technaꝝ inuolucra demiraberis, Nimis medi⁹ fidius lin gulaca fuit hæc tua susurratrix Quaquerra, Philonice, & tu
Periander. plus q̃ decebat temerarius, ignorans q̃ fallax res sit temeritas Si enĩ quicq̃ gallinis cõmisisse galli uidebãtur, hoc secreto co ram his qbus fama utriusq; curæ est, tractari, & prudentissĩe
Seneca. placari redigiq; poterat. Amicoꝝ enĩ errata secreto debẽt cen seri, uirtus uero laudari palã, ut uetusta est philosophoꝝ sen/ tẽtia, Idq; Hercle galli fecissẽt hac in re, si effrenis gallinaꝝ in/ uidia ullo modo aut placari, aut cohiberi potuerit, quo min⁹ res ipsa in oĩm oculos diiudicãda peruenisset. Quis agger tamẽ huic torrẽti, qđ uallũ obiiciatur? quo gallinæ pstrepũt, Philo nicus uero ita furit, ut Achelous cũ Hercule certãs esse uide/ atur. Cui ego iã eruã alterũ cornu, Spect. & diis iuuãtibus, q
Cicero. iudices & testes actionũ nostraꝝ sunt, illã suam ebulientẽ pe/
Salomon. tulantiã cominuã: Nunq̃ ne hoc legisti Philonice, Vir iracun dus ꝓuocat rixas, & q ad indignandũ facilis est, erit ad peccã dũ procliuior. Peccasse hodie nimiꝝ recte, te omnes estimãt ꝙ adeo credulus cœcã gallinaꝝ insaniẽ euomuisti, ut furiis q/ busdã agitari uideri potueris: Parcius ego uestra errata distri/
Cleobolus. go, quãq̃ seuerissĩe poterã, seuerissime enĩ rem occepistis: Ta/ mẽ cũ uxore (ut Giggulirus mihi hodie ex multorũ sentẽcia retulit) non nimis cõtendendũ est, neq; ei nimiũ confidendũ: Potuisses tu qdem Gallinas laudare pulchre, magno specta/ toꝝ applausu, Sed accusare uoluisti, & iiuriari gallis multoꝝ sane q eos amãt, nauseante molestia: Quo circa, q toties ma/ ledixisti, si passim male audis patienter sustineto, Nosti uetus
Epictetus. uerbum, Si uis bene audire, disce prius bene dicere. OVA pa riũt, inqs, Gallinæ, & ea clamore, ubi sint indicant, Est ne hoc Spectatores piũ? fœtũ prodere, ut abortus fiat, ut sui generis extiguatur soboles? Praue Philonice Gallias a scelere laudas,

lauda potius a uirtute, At quæ ista tandē in Gallinis uirtus? Humilitas, ais, Nempe quā sint humiles, hoc die uerbis tuis refertissimis iniuriarū ostēderunt: quæ profecto nō ex humilitate, sed inuidēte supbia proficiscūtur. Gall9 inqs decrepit9 ouū parit qđ Basiliscū edit, Quis credat hoc, Dii uestrā fidem Quā petulans genus fœmiæ sunt: q̄ fabulas q̄ uerū, sequi malūt: Amo poetam qui inqt, Quisqs cōfidit mulieri frōdibus hæret. nunq̄ putasse hoc anile in mediū productū iri, At nihil omittit īuidia: Gallos senes Spect. (quāq̄ senectus maloꝝ omniū portus est) officiosissīos esse oēs scitis, & a mōstriferis fœturis longe alienos, qꝛ si qs est, q aliud asserit, Quēadmodū Bactrianū quendā regulū asseruisse ferūt, Ridicul9 sane est, & cū expientia, tū maxioꝝ philosophorū autoritate, cōuincitur, q hæc in uniuersum fabulosa esse contendūt. Cū enī senes Gallos habeamus & decrepitos, quis unq̄ apud nos Basiliscū e Galli ouo natū uidit, aut ouū saltē e Gallo. Si hæc monstra Philonice tibi terrori sunt, Europā non deseres, nec Gallos decrepitos insequeris, Sed Africā, cuius harenosis desertis, quibus paucissimi aut omnino nulli Galli agūt, Basilisci cōplures, irrepūt. Qđ autē causam affers cur fastigiis temploꝝ infigātur Galli, rideo leuitatē tuā, & hoc addo. Neqtia est quæ te non sinit esse senē, Mallē te p Iouem lapideū, gallinā esse, credere, q̄ Philonicū, si solū plumis pinnisq; inuolutus reperes, nihil enī ab his aīo differs. Longe alia causa est Spec. Quādoqdem, cū hoc aīal horaꝝ obseruatiōe & ppetuis uigiliis, curaq; rerū suaꝝ diligentissīa omībus fere aliis antecellat. Voluit studiosa illa patꝝ & cōsulta sedulitas, eaꝝ ædiū, apices Gallo insigniri qbus multorū salus curatur, Quibus precib9 p horarū interstitia distributis, placatur deus optu. Maxu. Vt enī gallis uigilia est, ab omni errore aliena, si modo natu

Hesiodus.
Bion.
Albertus M.
Plinius & Albertus mag.
Ouidius.
Veritas.

tæ copiam relinqmus, Ita eos uigiliis insignes esse decet, qbus nostri pars melior curãda & tuẽda comittitur. Gaudete Galli, tuq; Giggurile exulta, pulchri enĩ mysterii, ænigmaticam imaginẽ præbetis, &: si nullo alias, hoc tamẽ præcipue uigilãtissimi & optimi ꝓbamini, Nec terrebit uos Gallos in universum Philonicus: ꝙ gallinã in cœlo esse asserit, & gallũ nullũ: Nescitur an gallus sit an gallina, qs enĩ ꝑ tam altũ interuallum cristã, qs calcaria uideat? Cæterũ ipse Quaquerræ credit cæcutiẽti: Idq; gallinis tribuit, quod galloꝝ est potius, Nemo enĩ gallis cœlũ frequẽtius aspicit, magnus inqt naturæ histo/ricus. Proinde ego Cygnũ esse credere mallem Apollinis nato, quãdo Steneleia proles fuit, summo amore iunctã, id qđ certe multis placere audio: Quanq̃ est, qui eam/ Volucrẽ speciei uocabulo/appellat: quo nec gallũ Philonice, nec gallinã neq; etiã Cygnum recte intelliges: aliæ eteni cõplures in illa uoce/ut cõmuni cõtinẽtur, Potuissem ego Spectatores, si ex præmeditato rem agere mihi cõtigisset, ut Philonico, multa adducere/quæ certe his quæ hactenus pro bene meritis gallis in mediũ attuli, efficatiora forent, Scitis enĩ exactius refutari posse, quæ sibi obiecta esse sciũt accusati, aut obiectum iri præsagiũt, q̃ ea quæ subito & nil tale suspicãtibus ingerũtur, Diis tamẽ interim ago gratias ꝙ ea quæ mihi dicẽda obiter uidebãtur tã prõpte hactenus in mentẽ uenere, Sed ꝑgo, Parricidarũ comites esse gallos lætari uideris Philonice, q̃si & ipsi eo genere pœnæ digni uideãtur, quo sceleratissimi puniuntur, Cum tamẽ ipsi Parricidaꝝ ultores sint, & summoꝝ principũ uolũtate instituti uindices, Perpẽde queso iniuriam Philonice, nõ possunt hæc præteriri sine retaxatione, nec debent, maior siqdem deinceps uobis, tibi dico & gallinis lasciuiendi & blatterandi daretur occasio, Sapienter & oportune

Plinius.

Higi. et Arato.

Vitruuius volucrẽ dicit.

quidā ex magnis Oratoribus dixit. Occurrere oportere in/iuriæ, quā si iueterauerit/quēadmodū connutritū morbū uix quispiā extinxerit. Scio quidē & in Codice Iustiniani, & eius/dem Rudimētis quas institutiōes uocamus, id scriptū esse qđ tu tetulisti: & legē ex Modestino depromptā, ad legē Pom/peiam de Parricidis/li. digestoꝝ quadragesimo octauo addo, a te præteritā & neglectā, qui præsentibus obsoniis plus ute/ris q̄ antiquis legibus: qua quidē & culei & Galli mentio fit, & preterea uirgaꝝ sanguineaꝝ, id quod a te inducti nō habēt Verū oīa nō ea procacitate & insolētia, qua tu tumescis, sed per Modestinū/modestissime in hæc uerba. Pœna Parricidii more maioꝝ hæc instituta est, ut Parricida uirgis sanguineis uerberatus, dein in culeo insuatur, cū Cane Gallo Gallinacio & Vipera & Simia, dein in mare profundum culeus iactetur, hoc ita si mare proximū sit, alioqn bestiis subiiciat̄, Secundū Diui Hadriani cōstitutionē. Hæc Specta. Parricidii uetustis legibus expressa pœna est: qua Gallos adsui ob comissū Parricidis/quis uestrum est qui credat? Causas ignorātibus, ꝓxi/mum est errare. Audite igit̄ causam / ut a Philonici explodē/da cæcitate longe absitis. Credidere uetusti, qui naturæ ꝑ ex/perientiā, proprietatē nō una in re obseruarūt, Canē Simiæ odiosum esse, Simiā uero Gallo, hūc aūt Serpēti, qua ex re, factū est, ut in nefandissimi sceleris pœna/ a qua etiā elemēta abessent: hæc anīalia iungēda legū latores Parricidæ uoluere ut Simia a cane agitata Gallū, Gallus serpentē urgeret, quæ se in hominē maleficū mergeret, ita ut uiuus Parricida, uiua nocētis animalis sepultura fieret. Hoc æqui & ueri interpræ/tes asserūt, Quid tu igit̄? cur insontissimā illā aīalium nil ma/le hoc in scelere meritoꝝ, turbā/contēnis & taxas Philonice? An nō potius Gallos laudabimus, ꝙ uitā in mediis undis de/

Hyperides. Periander. Parricidii pœna. Bap. Pius & Panormita.

ferere nõ timẽt, ut ex hoĩum cõmertio pessimi & scelestissimi

Iuuenalis. tollantur. Poeta unus, cũ Simiæ meminit in culeũ sutæ eam innoxiã dicit hoc uersu, Clauditur aduersis innoxia Simia sa/tis. Audis Philo. innoxiã Simiam, uel a mordaci & uitiis nõ parcẽte, Vate nomiari. Quod si causam dissimulasti, nõ est ꝙ

Chilon. cõmenderis. Lingua enĩ sapiẽtis a mẽte discrepare nõ debet, ut scis. Verum hæc ut obærato Spect. & muneribus illecto, cõdonemus. Acccepistis hactenus qd respõderim, & q̃ recte,

locus. Vide Philonice, ne in foueã quã parasti incidas. Scio Qua/querrã illã tuã, & oua ad te sua & pullos dedisse, ut diu insti/tutam accusationẽ eo ꝓsequereris diligẽtius/quæro te/an nõ parricidio sit cõformius, prolẽ ad elixandũ, & assandũ dare, & Thyestæam cœnã instituere, q̃ e ripa somniantẽ Gallinã deturbare, quæ tua antea, tãta quærela fuit. CAEterum hæc inuitus dico, & attigisse trãseunter q̃ dixisse malo, essent, equi dem id genus multa, sed taceo. Est enĩ tantũ cõiugalis necessi tudinis uinculũ, ut neutrũ sine alterius incõmodo uituperari possit, Quãobrẽ/recte Giggulirus/qui me lacessere noluit, pugnare uero & ꝓpugnare uoluit, Hoc Philonice sat mirari nõ possũ, ꝙ Petrũ a Gallo proditũ dixisti, quasi uero plus prodãt Galli cantu suo diuino q̃ moneãt, quid si nõ ꝓdiderit sed monuerit potius? quis enĩ hoc ipsum preter Petrũ intel/lexit, cui repetita memoria magistri uerba/conscientiã exsti/mularũt, ĩducto mœrore. Nõ nouit Petrũ Gallus ille, qsquis fuit, sed officio suo, in horarum discrimine, satisfecit. Quoties Gallo cantante Philonice luditur? scortatur, cæditur? quorũ nullius eũ recte accusaueris, sicut nec huius ꝙ peierauit Pe/trus, quẽ mihi crede, cõsulto præteriisses uerũ tua isthuc pe/tulantia ꝓuectus es, ut his etiã qui alio in orbe, uitaq; meliori beati degũt/nõ pepceris. AD SVMMAM SPectatores,

Vt

Vt aliquãdo nostro sermoni finis statuatur: Galli gallinacei, Vigilãtissimi, strenuissimi: ꝓuidẽtissimi, Reipublicæ, qua nihil inter mortales excellẽtius, sunt studiosi, & terraꝝ imperio maxĩe imperitãt, siderũq; periti, tẽpus olfaciũt, nõ ratiõe dico sed naturæ ĩsigni munere, Nec solis ortũ ĩcautis patiũtur obrepere, diẽq; uenientẽ nunciant cantu, hincq; magnus Poeta, quartã uigiliã depingẽs, si infit, Excubitorq; diẽ cantu prædixerat Ales. Odiosa quoq; in hac re uetustas, Nocti deæ Gallũ, ĩmolare consueuit, cantãte Poeta cũ primis docto, Nocte Deæ noctis cristatus cæditur ales, Qđ tepidũ uigili ꝓuocat ore diem. Ridẽda est sane, Philonici ex testibus audatia, q gal li cantũ lasciuiæ tribuit, q̃si disparẽ cantũ, iuuenũ & senũ hactenꝰ didicerit, quos paris esse uigiliæ, nec disparis indicii, oĩa omniũ experimẽta prædicant, & tamẽ cõstat naturæ ratiõe, plus in iunioribus lasciuiæ esse q̃ senibus: Præterea Gallos uictos nõ canere amplius, sunt, q asserãt, abstinere aũt, & lasciuire nihil, neminẽ existimo dixisse hactenus, quibus apertũ esse uidetur nõ e lasciuia, sed naturæ instĩctu, cœliq; influxu, masculos Gallos cantare, & cantãdo discernere, Sed hæc ut alia Philonico cõdonemus, Quẽ ut ipse gallũ ex homĩe adolescẽte factũ esse credit, ita uos Spec. in Gallinã aliquãdo Pythagorica Palingenesi mutatũ iri existimate. Non frustra Hercle illustres uariaꝝ artiũ ꝓfessores & philosophi, in Mercurii tutela Gallos recẽsent, ob mirã naturæ suæ in obseruãdo & discernẽdo, celeritatẽ: Quos ex eodẽ hoc ĩsigne accepisse ueraꝝ narrationũ autor: scriptũ reliqt, Vt cuicũq; longissimã ex cauda pinnã, si dextra est, gestandã tradiderint, is comite gallo, oẽs fores apire oĩaq; ĩuisibilis ipse uidere, possit: hi quõdã magistratus rexere, Victoriaꝝ omnino toto orbe partarũ auspices: Nõne hoc ingẽs est deoꝝ munus Spec? Ferũt Themisto

Plinius. [in ca 2] [libr]
Maro.
Ouidius. [in] [Fastis]
Pli. & Aelianus.
Fulgentius.
Lucianus.
Plinius.
Aelianus.

clem, prius q̃ cũ Xerſe pugnaret, ingentẽ galloꝝ ſtrepitũ au/
diiſſe, ad qđ exemplũ ſuos milites hortatus, uictoriã conſecu
Plinius. tus eſt. Boetii cõtra Lacedemonios pugnaturi: cũ totis nocti/
bus galli cãtaſſẽt, nobilẽ uictoriã præſagiuere, ita cõiecta in/
R. Volaterr. terprætatiõe, ꝙ ales illa uicta nõ caneret. Quin & ad Inſubres
potẽs genus Galeatii nomẽ ex inſolito galloꝝ cãtu accepiſſe
ferũtur, q tota nocte dicitur, cũ Vicecomes magnus, Mathe/
us primogenitũ ex Bonacoſa filiũ ſuſcepit. Hæc eſt Spec. laſ
ciuiæ uis cẽſente Philonico, ut Gallos fatidicos efficiat, & fu/
turoꝝ ingerat ſpiritũ, mẽdaces ſunt iſti q laſciuiã, corpa diſſol
ui: animũ obfuſcari: memoriã elui, multoꝝ applauſu docuere
Aelia. & Pli. ſed pergo. Parturiẽtibus adeſſe galli exiſtimãtur, poſtq̃ unus
Latonæ parienti aſtitit: eidẽ poſtea charus admodũ: genero/
ſiſsimiſq; feraꝝ, Leonibꝰ & Scolopẽdris terrori ſunt, Exquo
Africã petẽtes, qđ ea regio his maxĩe abũdet feris, hãc Alitẽ
ſecũ ferre cõſueuere, Idq; certe Spect. nec magnitudĩe fit, nec
potẽtia, qs enĩ in his gallũ leoni cõferret? ſed potiꝰ ex ſuperni
Proclus. ordinis contẽplatione, Maxĩus enĩ naturæ admirator, & leo/
nẽ & gallũ ſolares eſſe dixit, præſentiã tamẽ uirtutis eius, gal
lo maiorẽ ineſſe, qđ & ĩde apparet, ꝙ gallus q̃ſi qbuſdã hym
nis ſurgẽti Soli applaudit, hincq; fieri, ut a leone timeatur, &
colatur. Pythagoras ſapiẽs uel ob id præcipue putatus, ꝙ ſa
piẽtis ſe nõie dignũ nunq̃ exiſtiauit, præcipe ſolebat, ut gallũ
Io. Pici & ſuorum. nutriremꝰ, quo/queadmodũ doctiſſioꝝ iterpretatio eſt, diui
nã aĩæ nr̃æ ptem, quæ diuinarũ reꝝ cognitiõe, q̃ſi ſolido cibo
& cœleſti ambroſia paſcit̃ ĩtelligimꝰ, Et hic qdẽ Gallꝰ eſt, cu/
ius aſpectũ Leo id eſt oĩs terrena poteſtas formidat & reuere
Iob. tur. Cui ſingularẽ intelligentiã datã eſſe Propheta teſtatꝰ eſt,
ſingulare patiẽtiæ & ueritatis exẽplar. AVditis Spect. an nõ
Galli uocabulo & natura ueneranda admodũ mſtyeria, Phi/

losophi & Theologi cœlarint, quæ q̄dem hoc in loco minus retulissem, nisi mihi p̄suasissē, Galloꝝ gloriā & nobilitatem, hisce nō parū auctū iri quæ attuli. Et hercle nescio, an id satis de se galli intelligāt, cū sint multi mortaliū, q̄bus hæc ut mystica, & ænigmatica ignorātur. Sed ad institutū redeo. Hunc Gallū Socrates cū diuinitatē aī sui, diuinitati maioris mundi, copulaturū se speraret: Aesculapio. i. animarū medico debere se dixit: quanq̄ magnus q̄dam inter Christianos poetas fidei ꝓpugnator, cū Socraticū gallū minus forte decēter, q̄ oportuit ludicro esset īsecturus, eū Gallinā appellauit, ut mollis & effœminatæ rei uocabulo, q̄d te nolui latere Philonice, q tam augustū & auspicatū/hactenus extollere satis & laudare non potuisti. Quis uero nescit, gētis & amplissiæ & uetustissima belloꝝ memoria apd̄ scriptores notæ, nomē a Gallis galliace is sumpsisse, tū multi alias et docti Galli noīe et sancti fuerūt, Ceu Cor, Gallus poeta: Ceu Gallus Abas quē apd̄ eos Heluetios sepultū audiuimus, q secundū militarē peritiā, in texēdo lino & poliēdo, omniū sunt famigeratissimi: Quid plura? Spec. tanta etiā defunctis Gallis uis & nobilitas inest (ne gallinarū demortuarū pulpamēta oīa posse Philonicus putet) ut punctos galli cerebro nec Pantheræ nec Leones attingāt: hoc plagis recētibus ꝓdest, hoc uenenatorū morsus, & serpētum incōmoda mortalibus pdomat, cōtraq; morbos inumeros ualet. Qd̄ si tam pinguis tā sapida eorū caro nō est, q̄ gallinarū, non est mirū, Siq̄dem tot curæ, tot Veneres, totq; uigiliæ, pinguescere eos nō sinūt: Cæterū si in pinguedie sita est estimatio ut q̄sq; pinguissius esset, ita optimus foret, q̄d ꝓfecto pauci uestrū admittūt, Non enī semp pondus, sed uirtutē ipsam attēdimus, hincq; est ut ego in cœna una, turdum boui præferā, & anseri Phasianū. Ferūt medici in galli uesica lapi/

Picus.

Prudentius.

Gallus Abas

Plinius.

Plinius.

dem reperiri, q uesicæ nostræ incõmodis medeatur. Itẽ testes Gallinaceorũ, pinde si a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur, Non posũ ego & hoc in loco præterire, quod magnis uiris psuasum est, Pedẽ dextrũ uidelicet Galli gallina

Rasis medicus huius rei est autor

cei tantã uim habere, ut aduersarii uictor futurus sit, qcunq3 hũc eo animo secũ gesserit: q̃ si ego fraude potius, aut potius naturæ subsidio, qđ a multis in fraudis aut supstitiõis infamiã deturbatur, Philonicũ hoc in loco uincere, q̃ rei a gallis ppositæ efficatia uoluisẽ, Certe uel dextro unius galli pede uicissem, tã acria gallorũ calcaria sunt. Nunc dinoscite Spect. dũ alius iudex nõ est, & uobis oĩbus censendi & dinoscẽdi copia facta est, q̃ inique accusati sint galli q̃q3 petulãs & impetuosũ genus sit gallinarũ, & statuite pœnã pti aduersæ, ut deinceps, qd agendũ in tali re sit, intelligant & consiliũ mutent. Sũmite in animũ ueteris & excellẽtis philosophi sententiã. Qui casti

Plato.

gare noxios dicit oportere, ne ipsorũ exemplo, cæteri quoq3 peccẽt, Corripite igitur gallinas, & plectite: absterrete & erudite, ut galli tandem agnoscere queant, uos æquitatis esse Patronos: & uirtutis uindices. DIXI)

PARASCEVE, INSTITVENDæ CONCORDIæ.

COLLOCVTORES.

PHILONICVs. EVTHYMus. NOMOTHETEs.

AVDISTIS HACTENVS, SPECTATORES, ephebi, grandeui & medioximi: me narrãte breuiter, Euthymo uero longissime & fastidiosissime, quid Gallinæ desiderẽt, qd Galli respo-

nant: siue potius Euthymus, qui de Gallis ea retulit, quæ ne ipsi quidem sciũt, & si scirent ne unq̃ crederẽt. EV. Audistis inq̃ Spect. q̃ inique gallinæ accusarint, quanq̃ ꝑtinẽter, argumentis euidẽtibus, & indiciis plus q̃ ueris galli se me Patrono purgarint. Qui etsi ea quæ dicta sunt: aut ꝓposita ꝑ Philonicũ nequaq̃ dictũ iri putarũt, Propterea, q̄ aliter sensurũ amorem, aliter fidẽ, aliter coniugiũ credidere, Suspicati tamẽ pleraq; eas iniuriæ loco habituras, me purgationis & defensionis ꝓuinciã ita subire uoluere, ut nihil præterirẽ eoꝝ, quæ ad gloriã suã ꝑtinere uiderẽtur, qđ q̃dem ꝓ uirili ꝑfeci, respõdendo magis, q̃ retaxãdo, multa enĩ consulto prætermissa sunt, quæ uehemẽtibus uerboꝝ aculeis ex officio ꝓsequi potuissem, si me adcrescẽtis orationis uastitas nõ absterruisset, Magis igĩ tibi Philo. temeritatis culpa tribuẽda est, q̃ mihi lõgitudinis, Potest, ĩgens maledicẽtia, paucissimis uerbis cõprehẽdi, imo quinq; tantũ litteris ut si dixero, Fur es: amoueri aũt & expũgi paucis nõ potest. PHi. Sæpe in me maledicentiã, tua uaniloquẽtia notas, an nõ tu uaniloquus es potius, q̄ me bonã operã pro uirili nauantẽ, maledicũ dicere falso audes, Videsis Euthyme, & cognoscens loq̃tor, instituã ego (mihi crede) isti tuæ tã inuerecũdæ petulãtiæ, alio ĩ loco ultionẽ. EVt. Heus Spec. non est satis a Philonico, tot falso Gallis esse ascripta, nisi etiã in Euthymo libidinẽ exaturet: minãs ipse aliã iã nunc aliaꝝ ĩiuriaꝝ actionẽ instituit, Pergamꝰ obsecro Philo. ne galloꝝ & gallinarũ obliti, in alius causæ luctã acerbiorẽ deueniamus. PHi. & istud mihi adprime placet, quanq̃ te monitũ uelim, ut hoꝝ quæ in me dixti memor sis, ego enĩ ea nõ intermittã, nec ut sepulta præteribo. EVt. Dicite ergo Spect. ut estis hortati, & sententiã ꝓnunciate, nouistis insontissi͂os Gallos. PHi. Dicite obsecro Spect. optimi, nouistis optimas &

insontissimas Gallinas. EVt. Eheu qd tacetis, ita enī utra pars occubuerit, haud promptū erit intelligere. PHi. Eia age ꝓfe/ mini, ꝙ uobis est in anīo, reiq; finē date, fastidiosa est illa in re satis ꝓposita, satisq; clara, cunctatio. EVt. Tacere omnes sen tis, mussare tamē uides, & conari qcq̄ nō nullos. Qd si unus uerba faceret primus, plures sensim essemus audituri. Etenī, cū respōdere omēs nequeāt, singuli eū q primus loq audeat, expectant: quē tandē ordientē, certatim urgere & īpellere (ut sæpe in cœtu fit) reliq multitudo solet. PHi. Ego te Nomo/ thetes, cū prudētissimis qbusq; consilioꝝ acumie par sis, tam diu tacere, attente audientē, admodū miror, Effare obsecro, qd fœlix faustūq; fiet, ut et alii aut ī tua sentētia cōqescāt, aut ad dicendū inuitati, quæ anīo cōcepere ꝓloquantur, nosq; cū primis qd sentias, nō ignoremus, Amas tu qdē, ut scio, Galli/ nas, & Ornithoboscia frequētissīa, ea uilla fouet, quā nuꝑ ad suburbanū, exedificasti. EVt. Salua res est, eloquente Nomo thete, potest enī cæteris q assūt, recte sentiēdi exemplū, præ/ bere. Dicito ergo mi Nomothetes, et ordire fausticer. Nom. Quia me Philonice, tuq; Euthyme, adeo ut primus eloquar: qd sentio hortamini, duco nō tacendū esse, maxīe ꝙ nullius sentētia nr̄a opinione præuertitur. Idq; oīm maxime uelim ut Capos castratos in uestra illa disceptatione, Galli, Gallinæq; arbitros deligerēt. Iudices enī esse nō possūt cū sint Eunuchi, id qd nr̄aꝝ legū sanctione, si bene sentio, cōprehēsum est, Ar bitri Hercle optime erūt, ob cōmunis aīcitiæ uinculū & mo/ res utriusq; multis ānis examussim ꝑspectos, Et hoc etiā uo/ cabulū, illo plus est sonorū, Nam arbitroꝝ officiū, multo mā suetiꝰ, multoq; ī affiniū & coniugū dissidiis oportunuis. Hos enī legū adeo nō ligat seueritas, quī multa possint ꝑ partium cōmodo mansuetissīe moderari. Illos aūt officii rigor legūq;

Tex. in argu. est. L. Qui v/ no testiculo. ff de re Mili.

dictamē nō sinunt nisi cū incōmodo quodā mites esse. Praeterea, Odiosissimū est, pati iudicē q nostri generis nō sit, A d sui eni ordinis iudicē fugere debet legib9 & natura pmittētibus, qsquis accusatur, eūq; sequatur, q accusat, oportet. Quia igit utraq; pars, Capo℞ fidē uestris uerbis implorauit, quod ego praecaeteris iter audiendū aīaduerti, quos alios cōmode praeter Capos, obsecro, instituetis Arbitros? EVt. Hercle ita fieri desidero, ut Nomothetae placet, utq; aliis ipsi annuētib9 placere uideo. Ve℞ qs Capo℞ cōmodus iterpres erit? PHi. Prius quaerere, an Gallis, Gallinisq; hoc ipsum sit placiturū Euthyme, his siqdem nolētibus nihil loci Nomothetae cōsulta obtinebūt. NOm. Quin igitur, qd uelint rimamini? PHi. iā rimabimur si placet Euthyme? EVT. pplacet. Vos interim Spectatores libero & hilaro aīo eritis. NOM. Video ego medius fidius, utrisq; acceptos esse Capos, nā utriq; conniuēt & uerbis quoq; assētiunt, Verū reuertētes audiamus. PHI. Pulchre Gallinae sibi euenisse putant, q Capos arbitros habituræ sunt. EVt. Et pulcherrie Galli, nā Capi Galli aliquādo fuere, Gallinae nunq̄. PHi. Subi obsecro Nomothete puinciā id eloquēdi quod Capi uolūt. Nullū eni omniū scio q maiori ipsis familiaritate, inter ociādum iunct9 sit. Enarra igitur eis prius rem oēm ut eam accepisti, & Democriti herba, qua multa℞ uolucrū sermonē intelligis, gnauiter utere. NOM. Quia ita Patroni uultis ita agetur, ue℞ immorandū est paulisper donec omnia explicē Capis, & quae rursum dicēda sint accipiā. Vos interim Spect. orate superos, ut Nomothetes uoster ex Caporū Senatu id referat, quod p pace & concordia, tantae discordiae prospere faxit. Plinius. Ca 3 28

CAPORVM ARBITRIVM.

RECENSVI, VT IVSSISTIS PHILO-
nice, tuq; Euthyme breuiter & enucleate rem
omnē Capis, qui nescio an alia in re unq̄ adeo
stupefacti fuerint, ac hodie fuere, postq̄ illā īter
Gallos, Gallinasq; audiuere dissentionē. Sciūt eqdem, intesti
nis bellis nil pestilentius esse, & eius reipublicæ fulcimēta du-
rare diu nō posse, qua a capite membra dissētiant, & alioqui,
ueritatis amator Historicus, Concordia dixit res paruas cres
Salustius. cere, Discordia maximas dilabi. Id quod adeo uobis est notū,
ut qđ maxime. Quapropter eis, re breuiter accepta, uisum est
eo festinātius ad moderati arbitrii præscriptū contendendū
eē, q̄to res in se pl⁹ habitura periculi est, si lōgius ꝓtelet, Gra
tiasq; agunt bonæ sorti, & secūdo fato, ꝙ arbitrii ad eos liber-
tas, uestro, & partiū consensu ꝑuenit. Si enī res cessisset aliter,
timēdum ipsis uidebatur, neqs īmitius q̄ huiusmodi generis
imbecilla securitas cōmeruisset, agere fuerit ausus, qđ hercle
nemo in Capis aīaduertet. Sunt enī hi qui & Gallos & Galli
nas, pari amoris moderamine ꝓsecūtur, ac de gallis quidem
non est ꝙ dubitet quispiam, cū & ipsi aliquādo galli fuerint,
quod tu Euthyme paulo āte dicebas. pro Gallinis uero hæc
Albertus M. indicia sunt, ꝙ olim mares eas cōmuni instinctu dilexere, Et
iam nūc cum excubatrix deficit, in amoris argumentū pullos
fouēt, tactu subtus iacentū pullorū pruriente, quoq; se oble-
ctantes, semper deinceps, amant, ducunt, pascunt, quod se
expertum magnus naturæ indagator, asseruit. Quæ cum ue-
ra esse cōstet, nemo sane Capos in arbitratu suspectos habe-
bit, utcūq; cesserit sententia, Quā ego, ut iusserūt breuiter &
aperte uobis Specta. audientibus partium patronis effabor.

Gallinis enim & Gallis plura a Capis ipsis, iuste nō nihil in‑
dignantibus, post sedatā hanc contentionē dicētur, maxime
si ad aliorū nostræ prouīciæ aures hæc res aperte puenerit:
ut certe perueniet. Quod eni iam sum locuturus, ex horum
animis defluxit præcipue, quos hic mihi asidere uidetis, qui
nostri Ornithoboscii incolæ, supremæ autoritatis locū inter
omnes obtinent, idq; tenent memoria, qđ a longis annis inter
eos actū est, & per exercitā illam prudentiā facile qd futurū
sit, odorari potuerūt, semp, ex longa & honestisima consue
tudine, & libero prouinciæ suæ decreto, in difficillimarū reꝝ
estimatione omniū consensu, primores. Hi igitur acclamāti‑
bus qui domi nostræ sunt reliquis, ingenue fatētur, fere omia
ab Gallis, Gallinisq; gnauiter & attente agi, remq; rusticā &
uillaticas diuitias, per eos leuisimis impensis augeri, Esse ta‑
men, quod in utroq; (ut imbecillitas fert mortaliū) uicio dare
quis posit. Nimis eni morosas Gallinas, Gallos uero nimis
petulantes, sæpe aīaduertise aserūt, nec morigerantes sem‑
per Gallinas, nec Gallos semp tuentes. Quæ quidē, cū & in‑
ter homines habeant libertatem impunē, quis gallis & galli‑
nis imputabit? At istud consiliū quo per inuidiam correptæ
Gallinæ, eo dementiæ peruenerunt, ut Gallorū famam inter
mortales illustrem admodū & perspectam, infrīgere atq; in‑
famem reddere, rebus non tam ueris q̄ confictis & perperam
excogitatis conatæ fuerit, adeo displicet, ut qđ maxime. Nul‑
lo eni instituto maior ruina, rei suæ publicæ parari poterat, si
eo uoto ad metam puentū eset, quo res cœpta est. IDCIR‑
co partiū consiliis diligenter perpensis, cognitoq; uniuerso ne
gocii excursu, non posunt non aserere, Gallis strenuis illatā
ese iniuriā. Quod tu Philonice, ubi Gallinis dixeris ne ægre‑
ferant, oratas habeto, Apertæ eni iusticiæ nemo cōmode, ꝑ

amicis etiã amicissimis, refragari potest, cũq; iustæ pœnæ nõ nihil loci in Gallinis esse uideretur, eam abolitã & expunctã in amoris sui argumentũ uoluere. NOVISTIS legem, quæ Iudices in leuioribus causis uult esse ad lenitatem proniores, In grauioribus autẽ pœnis, seueritatem legum cũ aliquo temperamẽto benignitatis subsequi. Capi causæ nostræ nõ iudices, sed Arbitri, pœnã comissi, hercle non parui: nõ tempare, sed non reminisci uoluerunt Eius loco munus expectantes pulcherrimũ, & partibus cõmodissimũ, Concordiã uidelicet & matrimonii perenni pace stabiliti mite comertiũ, ad quod præstandũ, tu Philonice, tuq; Euthyme, cũ domum uenietis, Gallos, Gallinasq;, iterũ atq; iterum hortemini. QVID est eni, Dii boni, in ea familia, qua uir & uxor rerũ habent administrationem, diuinius? quid utilius pace & amore? Magnum legislatorem dixisse ferunt, Vitam reliquã minime uiuendam esse, quãdo uxor cũ uiro in discordia est. Vbi enĩ illa est morosa & iurgiosa inuidia, Vbi iræ & molestiæ, p dies perq; noctes scatent, Ibi de uita quotidie plus amittitur, adeo, ut mortuũ esse satius esset, q̃ ad mortẽ tam lento & molesto passu peruenire. Monẽdæ igitur Philonice sunt Gallinæ, ut se suosq; maritos ament, remq; domesticã curent, & inuidiæ errore cõceptæ stimulos, ex animis suis procul eliminent, sintq; probæ (Cõiuge, nãq; proba nihil extat dulciꝰ usq̃) & apertæ, ut uirorum suorũ maior per hæc salus, maiorq; quies astruatur. Non frustra diligens qdam rei domesticæ præceptor dixit, Existimo probam coniugẽ, sociam domꝰ esse, magnũq; momentũ ad uiri fœlicitatem. Natura siquidẽ, quam primus ille mundi genitor perpetua fœcũditate donauit, operã mulieris ad domesticam diligentiã comparauit, Viri uero ad exercitationem extraneã, Itaq; uiro calores & frigora perpetienda, tũ

L. respiciendũ. ff. de pœ.

Licurgus.

Theognes.

Xenophon.

Columella. prologo li 12 li 1

etiā laborem pacis & belli distribuit, mulieri autē domestica negocia curāda tradidit, quæ ut curaret diligentius, uiro timidiorem esse uoluit. Nam metus ad diligentiā custodiendi plurimū confert nobilis agricolæ testimonio. Perperā ergo inuident Gallinæ Gallis honestam illā, socialis pugnæ exercitationē, & hæc quasi militaria stipendia, quæ in uiris rempublicam apud maiores administrātibus raro desiderata sunt. Ex his enī exerciti propugnabūt audentius, & timebunt minus, quos tu Euthyme, ut Gallinas cōiuges continenter amēt curentq;, obsecrato, decet hoc eos, q̄a reipublicæ nostræ suo imperio æmuli cognoscūtur. præterea, ut omniū iniuriarū obliuio sit. Fidus enī & sincerus amor ibi esse non potest, ubi iniuriarū memoriam, latentibus scintillis inuidia nutrit. Quod si pristinæ beneuolētiæ fauore, resipiscentes Gallinæ, Galliq; amantes consenserint, salui erunt, uitamq; agent beatā & utilissimā his, quoꝝ prediis suam istā ciuitatem locauerint. Nobilis Poetæ sentētia est. Nec diuitias nec quicq̄ aliud tantum uoluptatis habere, quantū uirū & uxorem bonos. Eam si domi uestræ Gallis & Gallinis explicabitis sese amabūt, ut antea, Capisq; agent, ut certe dæbent, infinitas gratias, Ite igitur actutum domū, & concordiæ consulite, in cuius solius incolumitate, Gallinarū & Gallorum sita est salus, DIXI) Euripides.

LICHENOR PARASITVS, LOQVITVR.

EHODVM SPECTATores, QVIDNAM est, q̄ adeo dispalescitis unius hominis inepta, & nimis ī leuissima re graui sentētia saturi? nūquid & uos quicq̄ estis bona Minerua, bonoq; Genio his subiuncturi quæ Nomothetes attulit? State pau/

Iulum obsecro, & quantũ in multo℞ cõsiliis frugis extet, ꝑdi-
scite. Vetus est sententia, Neminẽ unũ omnia noscere, & hoc
Ex Gellio. itidem ꝑcelebratum. Sæpe etiã est olitor ualde oportuna lo-
cutus. Parasitum me noscitis Lichenora, qui Parasitãdo mul-
Ex Plauto. tis iam annis uentrem paui meũ, & alienũ cibum ceu muscu-
lus quidam semꝑ edi, nullorũ edacitate unq̃ uictus, uestibusq;
ut uidetis non plane sumptuosis, nec plane sordidis amictus.
Qui consiliis haud quaquã malis, leui adolescentiæ sæpe sup-
petiatũ affui. En ego si nemo ex uobis aliud est dicturus, q̃d
sentiam ipse eloquar, esto non multum amplius loci mea sen-
tentia, habitura sit, ꝓpterea ꝙ absunt partes, dicam tamen ꝙ
dicturus antea fuerã, quanq̃ me fortassis ut hominẽ semissẽ,
nihil ad rem dicere posse, existimẽt non nulli. Non eni barba,
nec pallio, nec pallore in faciem inducto Cimino, prudentiã
ostento, id quod solẽt multi, Sed Lichenora me & ore & habi
tu profiteor, q̃d mihi abscondita, intra caluiciem, & caluam
hanc caluariã, mea mens, secum sæpe mussitet, non omnibus
est in aperto. Idcirco Lichenora audire contendite, paulumq;
ipsi date moræ, quo se a screatu liberet, ne raucus Orator ap
pareat, Hem, hem/Ho, oho, Pshui. Ah male ex gutture ha-
beo, ob hesternũ acre & immaturũ uinũ, quod mihi Saturio
combibo & cõuiuator meus in cœna dedit. Verũ uos specta.
non uocem sed uerba pensabitis. AVDISTIS hodie, q̃d cõ-
ductus donis animus possit, quantũq; muneribus suscitatæ,
uires increm̃eti summant. Philonicũ ego his quatuor annis
proximis, q̃bus mihi est familiaris, nunq̃ grauius loquentem
audiui, & eo uiso primũ an Philonicus esset dubitare occœpi,
Cum eni una sumus in cœna, salibus me & lepore parasitico
multo est urbanior, & ea ludit, quæ elegans solet Pantomi-
mus. Cum obæratus præmiis loquitur, talis est quẽ audistis.

Magnæ primum artis esse mihi uidetur, uariare posse uultũ
&, cum sapientia est opus, sapiẽtis pellem inducere. Ethymus
ipse, paulo grauior cum domi est, & si me amet, non tamen
leuitate superat, Ast animũ exhilarat meis ineptiis suum. ut
inde atratos & bicolores codices minꝰ moleste uoluere que/
at, Quem heri fere hoc dicturũ olfeci, quæ hodie dixit, mul/
tum enim sudoris in chartis reliquerat, anteq̃ potaret, ꝙ si tot
horis non dormiisset, perturbasset ordinem, & susceptis do/
nis nequaquã fecisset satis. Nomothetes, q legibus suis bar/
batorum hominũ sapiẽtiam adnexuit, idem in Galloꝝ Gal/
linarumq; lite referendũ putauit, quod refertur, dum maximi
prĩcipis ĩ maxima discordia sunt, nimis in friuolis rebꝰ studi/
osus. Verum quid ego hos imprudens enumero Specta. Si Parasiti sñia.
mihi nõ imputatũ fuisset præcæteris clamanti, in hæc uerba,
ut in animum uenerant, pronunciassem. Gallos & Gallinas
cum Capis, quia nihil apud eos æris est, quo litis sumptibus
satis fieri possit, in coq̃narium carcerẽ coniiciendos existimo,
ibiq; retinendos donec reꝝ oĩm ambiguitas excussa pateat,
Sponsio enĩ in tam uolucri genere non est tuta. Q̃d si huma/
nos animos, mendacibus ausis, & insultu temerario, agitare
& ludibrio habere uisi fuerint & sapere uelle in alieno genere
uideri, Censeo breuiter ea pœna puniẽdos, ut sensim eis, Pin/
na post pinnam, & post plumam pluma, radicitus euellan/
tur, prius ipsis iugulatis, & in bulientẽ aquam ĩmersis. Post
uero in omĩum Spectatorũ oblectationem assentur partim
& elixentur, partim comminutis ossibus & pulpis, in sapidi
iusculi liquorem conterantur, quod pro salute multorũ fiat,
fœlixq; sit & faustum toti turbæ, & hæc quidem sunt, quæ
dicta uolui, Qua sentẽtia Spectatores, multum uobis acces/
sisset commodi, Nihil enĩ præter nugas & nebulas Galli, Gal

linæq;, garritidarunt, adauctas causidicorũ uersutia, latiore fuco, quorũ hodie tantus clamor fuit, ut aduentans ego Pharmacopolas me audire putarim. Et ꝑfecto credidi esse aliquẽ, qui uiuum serpẽtem, aut lacertam uiridem, aut Araneolum uoraturus esset, sed clamore falsus sum, & frustratus etiã ad finẽ meo uoto, Dii perdant trepidos Parasitos, & ubi res postulat ad loquendũ Creperos. Iam Gallis, Gallinis, & Capis uesceremur. Iam potaremus ex Symbolo, promptũq; erat saginari nos maligni generis obitu. Nec ull9 nos Legirupas dicere fuisset ausus, q᷑ rem ciuilem cruore clausissemus. Nemo enĩ Pullis, Gallis, Gallinisq; & Capis enectis, libentius uictitat, q̃ hi qui penes se summũ legum arbitrium locatum esse autumant. Videte quantũ neglexerimus silendo cõmodum, Frustra iam labia tergitis, qui angimini fame, frustra uacuum deglutitis, desiderium uestrum latius hoc in loco exaturari nõ potest. Consulat igitur sibi quisq; domi, & captiui generis faciat sibi quisq; copiam, ꝓ cõditione. Ego Euthymum adibo, quem Gallis suis domi male consulere habeo compertum, ut Philonicus quoq; male Gallinis consulit, Vtrinq; enĩ deplumantur iam, & ad Culinam destinantur, lætitiam facturi auidis faucibns. Illic ego uiscera distẽdam, & ut me pinguiorem Gigglirus faciat curabo. Bibamq; adeo, ut Veternosum me tota familia putet. VALETE uos. Et post hac, si huc litigatum Galli, Gallinæq; peruenerint, quid censendum sit, me Iudice, memoriæ commendate)

FINIS, IVVANTE
DEO OPT. MAX.

PHILIPPVS. GVNDELIVS BOIVS LECTORI.

Gallos Causidicos, amice Lector,
Plenum suauiloquo iocum lepore:
Inuentuq; nouum poema summe:
Nec semper stomacho seueriori
Pones tristia, sis Cato licebit.
Nam nunq̄ dare delicatiora
Pulmenta est Cynici trucis, sed illa
Cum sint ingenuis pudica nugis,
Quas Lucretia/quas Catonis uxor,
Nequaq̄ facie legat rubenti,
Nil est, q̄ fugias: sed & legenti,
Fructus: Ingenium, stilus: placebunt.)

HIEronymus Vietor, & IOAnnes Singrenius, impres/
serunt Viennæ Austriæ, ad tertiũ EIDVS Janu/
arii. ANno. M. D. XIIII. hoc elimatum
VADiani Syntagma, Expensis suis.
In foro Carnario prisco, e regio/
ne Diui Laurentii Venũ
expositum.

IMPERANTE MAXIMILIANO. F. P.